

In librum de interpretatione editio prima

Eiusdem Boetij libri περὶ ἑρμηνείας Aristotelis
tractatio: et in eadem commentariorum Editio prima.



Agrna quidem libri huius apud peripateticam sectam probatur auctoritas. Hic namque Aristoteles simplicium propositio-
num naturam diligenter examinat: sed eius series scrupulosa impeditur semita: et subtilibus pressa sententijs: aditum intelligentie facilem non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem du-

plici commentatione suppleuimus: et quantum simplices quidem intellectus sententiarum oratio breuis obscuraque complectitur: tantum hac operis huius tractatione digessimus. Quod vero alterius acumen considerationis exposcit: secunde series editionis expediet. Nunc a me tantum lector expectet: ut pedetentim minutatimque secundum orationis ordinem textus sermonis id quod angustia breuitatis latet intelligat. Et prius que sit huius operis intentio breuiter demonstrandum est. Inscrubitur etenim grece liber περὶ ἑρμηνείας. Quod latine de interpretatione significat. Quid ergo sit interpretatio paucis absoluam. Interpretatio est vox significatiua per seipsam aliquid significans. Siue enim nomen sit quod per se significat: ut est homo. Siue verbum: ut est curro. Siue quod grammatici participium vocant. Siue pronomen est. Siue ex his iuncta oratio: ut est homo currit. Siue quolibet alio modo vel nomen vel verbum vel ex his oratio iuncta per se aliquid significat: interpretatio nominatur. Quare cum sint quedam in orationis partibus que per se nihil significant. Alijs tamen iuncte designent: ut sunt. Coniunctiones: vel prepositiones: hec interpretationes esse non dicimus. Interpretatio enim siue simplex est: ut nomen et verbum. siue composita ut ex his iuncta copulataque oratio: vel per seipsum significare debet si simplex est: vel ex his que per se significant iuncta esse: si composita est. Quare interpretatio est vox aliquid per seipsam significans. Sed quoniam verba nominaque interpretationes sunt: oratio quoque omnis que ex significantibus per se predicamentis iungitur: interpretatio nuncupatur. Sunt autem plurime interpretationes: inter quas illa quoque est oratio: in qua verum falsumue inueniri potest: id est enunciativa: de qua hoc libro tractandum est. Idcirco igitur Aristoteles de communi nomine et continenti libro titulum inscripsit. Interpretatio namque est nomen et verbum. Interpretatio etiam est huiusmodi oratio. Omnis homo animal est: sed in hac verum falsumque auditor intelligit. Hec enim oratio que dicit omnis homo animal est: vera vel falsa est. Interpretatio quoque est etiam huiusmodi oratio. Da mihi codicem in quem verum falsumque nullus inueniat. Etenim da mihi codicem: neque verum esse poterit neque falsum.

Quocirca quoniam de his solis orationibus: in quibus verum falsumque reperitur: quas enunciationes et propositiones vocamus: que interpretationes sunt disputaturus est: quoniamque de nominibus illi verbisque dicendum est: quid sint: quaque vim in significatione retineant: recte librum de interpretatione si-

gnauit. Nec hoc nos turbet: quod sunt quedam interpretationes de quibus in hoc libro non tractet: tamen enim si quis de homine disputans titulum operis de animali posuisset: quaque non de omni animali: tamen quoniam de aliquo disputaturus esset. Recte de animalibus libro nomen imponeret. Ita licet non de omni interpretatione pertractet tamen quoniam de vna que est enunciativa: et de nominibus et verbis: que interpretationes simplices sunt: dicendum erat: de communi et generali vocabulum libri de interpretatione imposuit. Est autem intentio libri huius de simplici enunciativa oratione differere. Simplex enim enunciativa oratio est: in qua cum verum falsumue sit: illud tamen est: ut sine coniunctione totus orationis ordo proponatur: ut est: homo est: homo est animal: homo currit homo pauidus currit. Hec propositiones sine coniunctione propositae sunt. Et he dicuntur predicatiue: que sunt cum nomine et verbo. Ille vero que sunt huiusmodi si sol super terram est: dies est. Duplices atque hypotheticæ necnon et iam conditionales vocantur. Proponitur enim si hoc sit hoc esse: id est si sol est esse diem. Quare he simplices non sunt si sol est enim: et dies est due propositiones sunt quas: vna coniunctio: que est si: copulat atque componit. Sed de his nullus hoc libro tractatus habebitur. Quare quoniam de simplicibus enunciativis orationibus tractatum est: id est de simplici affirmatione et simplici negatione: quoniamque affirmationes et negationes verbis ac nominibus coniunguntur: ut in ea que est: homo currit: Affirmatione homo nomen est currit verbum. Et rursus: homo non currit negatio eodem nomine verboque coniungitur: recte prius de simplici affirmatione et de simplici negatione: oratione de enunciativa simplici disputaturus est. Quoniam omnis enunciativa simplex verbis nominibusque coniungitur: primam disputationem de nominibus et verbis constituit. His. n. prius ad scientiam venientibus tota facillime natura orationis aperit. De quo autem ei in toto dicendum est libro: scilicet Boetius ipse sic proponit.

Primum oportet constituere quid sit nomen. et quid verbum. postea quid est negatio. et affirmatio. et enunciativa. et oratio. In principio inquit huius sermonis qui de enunciativa instituitur: constituere id est definire oportet: quid nomen sit: quid verbum. Nec enim (ut dictum est) omnem coniungere orationem valent. Que oratio genus est aliarum orationum. Sunt enim principales quinque orationum differentie. Est autem prima oratio deprecatiua: ut iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis. Secunda imperatiua: ut suggerere tela mihi. Tertia interrogatiua: ut quo te Meripedes. Quarta vocatiua: ut huc ades o melibee. Quinta enunciativa: in qua verum inesse falsumque perspicitur. Huius autem due sunt species. vna affirmatio altera negatio. Affirmatio est: ut homo animal est. Negatio: ut homo animal non est. Ergo orationem verba nominaque constituunt. Enunciationis autem oratio genus est. Enunciativa vero Affirmationis et negationis. Quare elementa quedam sunt que coniungunt orationem: verba et nomina: et de his disputat primum. De hinc propositionis duas ultimas species sumit: et dicit se de affirmatione et negatione dicturum. Post has harum genus proponit. id est enunciativam. Ultimam vero: quod horum maximam est orationem. Est vero quodammodo conuersus ordo ab speciebus
vsq;

usque ad earum genera prima peruenias. Propone-
do enim ab affirmatione et negatione ad enunciatio-
nem quod est genus: ascensum est. Ab enuntiatione
ad enunciationis genus: quod est oratio: oppositio-
ne operis leuauit: diuerso tamen modo de cunctis disputat.
Præter enim de oratione: post de enunciatione: deinde
de affirmatione: postremo de diffinitione negatio-
nis edisserit conuerso. scilicet ordine. Sed hoc posterius li-
quebit. Quod autem prius negationem postea proposuit
affirmationem: nihil interest cum omnes species eque
ue sibi met sint et vni generi equaliter supponantur.
Quocirca si affirmatio et negatio enunciationis spe-
cies sunt: rectum est qualibet earum prius indiscrete p-
ponere. Quemadmodum autem affirmatio et negatio
specie enunciationis sint: et hec earum genus. Secun-
da editio monstrandum est.

Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in
anima passionum note. et ea que scribuntur eorum
que sunt in voce. Et quemadmodum nec littere
omnibus eedem. sic nec eedem voces. Quorum
autem he primorum note. eedem omnibus passio-
nes anime sunt. et quorum he similitudines res iam
eedem. De his quidem igitur dictum est in his
que dicta sunt de anima. Alterius est enim negocij.

Quoniam nomen et verbum in definitionibus suis
significatiua paulo post propositurus est: primum ex-
plicat quorum sint significatiua quecumque significant
ideest que designent ipsum nomen et verbum. Tota
autem ratio sensus huiusmodi est. Tria sunt ex quibus
omnis colloquutio disputatioque perficitur: res: in-
tellectus: voces. Res sunt quas animi ratione percipi-
mus: intellectusque discernimus. Intellectus vero quibus
res ipsas adiscimus. Voces quibus id quod intel-
lectu capimus: significamus. Præter hec autem tria
est aliud quoddam: quod significat voces. ee sunt lit-
tere. harum enim scriptio vocum significatio est: cuius
igitur hec sint quatuor: res: intellectus: vox: littera. res
corripit intellectus: intellectum vero voces designant
ipsas vero voces littere significant. Intellectus vero
anime quedam passio est. Nisi enim quandam simili-
tudinem rei quam quis intelligit in anime ratione pa-
riatur: nullus est intellectus. Cum enim video orbem
vel quadratum: figuram eius mente concipio: et eius
mibi similitudo in anime ratione formatur patiturque
anima rei intellecte similitudinem: vnde fit vt intelle-
ctus et similitudo sit rei: et anime passio. Horum autem
rursus .iiii. due sunt naturales: due secundum hominum
positionem. Voces namque et littere secundum homi-
num positionem sunt. Intellectus autem et res natu-
raliter. Hoc illo approbatur: quod apud diuersas gen-
tes diuersis vocibus vtuntur et litteris. Idcirco quo-
niam ipsi sibi voces: quibus vtentur: et litteras qui-
bus scriberent: composuerunt. Intellectus autem et
res nullus posuit. Sed naturaliter sunt. Neque enim
quod apud romanos est equus: apud barbaros ceru-
Sed apud diuersas gentes eadem rerum natura est
preterea neque quod nos intelligimus esse equum: cas-
nem barbari putant. Sed eadem apud diuersissimas gen-
tes substantiarum intellectuumque ratio est constituta.
Quare due harum sunt secundum hominum posi-
tionem: ideest voces et littere: due secundum naturam
res et intellectus. Nunc ergo hoc dicit: quoniam vo-
ces quidem significant intellectum: ipsas et voces litte-
re significant. Sunt autem intellectus anime passio-

nes. et voces quidem et littere naturales non sunt que-
admodum enim vox non eadem apud omnes: ita nec
littere. Sed intellectus et res eadem apud omnes quasi-
bet diuersissimas gentes inuenies. Atque hoc est quod
ait. Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in
anima passionum note. Idem ipse inquit voces intel-
lectus sunt anime passionis significant: eorumque sunt
significatiue ergo ea que sunt in voce significant illas
et earum sunt note: que sunt anime passionis. Anime
autem passionis intellectus sunt. Igitur ea que sunt
in voce: intellectum qui sunt anime passionis: note
sunt: eosque significant. Quoniam his ideest vocibus om-
nibus significatur intelligentia mentisque conceptio. At vero
quod addidit: et ea que scribuntur eorum que sunt in
voce: tantumdem valet: quantum si diceret. Note sunt
littere que scribuntur verborum et nominum que sunt
in voce: monstrauit igitur voces intellectum esse si-
gnificatiuas: et litteras vocum: nunc de eorum natura
pertractat dicens. Et quemadmodum nec littere om-
nibus eedem: sic nec eedem voces. hoc ad monstrandum
valet voces et litteras positione constitui non natura
Etenim diuersimodum apud diuersos sunt voces et littere: et
quemadmodum littere eedem apud omnes homines
non inueniuntur: ita quoque nec voces. Quare he secun-
dam positionem sunt: quod ipse reticuit velut planum
Manifestum enim est: quod per gentes singulas per-
mutatur: hoc non natura constitutum esse: sed positio-
ne. Quod vero addidit. Quorum autem he primorum
note sunt: eedem omnibus passionis anime sunt et quo-
rum he similitudines: res iam eedem. Ad hoc perti-
net: vt naturales esse res intellectusque declarat. Idem
namque (vt dictum est.) intellectus passionis quidem
anime sunt rerum vero similitudines. Ergo nunc hoc
dicit: quorum he ideest voces: de quibus supra dixerat
note sunt: eedem sunt anime passionis: et vt nec litte-
re sunt eedem: sic nec eedem voces. Quorum ergo he
voces significatiue sunt: ideest passionum anime: he sunt
apud omnes eedem. Significant autem voces illa que
sunt in intellectibus. Intellectus igitur anime passio
est apud omnes homines non diuersa. Ergo natura-
lis apud omnes homines est animi conceptio: atque ani-
me passio. Quorum sunt note ea que versantur in vo-
cibus. Docet autem et res quarum sunt similitudines
intellectus et anime passionis: esse non positione sed
naturaliter constitutas. Idcirco quod he res quarum si-
militudines sunt intellectus: qui intellectus anime pas-
siones sunt: apud omnes eedem sunt. hoc est enim quod
ait et quorum similitudines scilicet anime passionis: que
sunt similitudines rerum: res etiam eedem. Ac si di-
ceret. Quorum intellectus sunt similitudines: qui in-
tellectus anime passionis sunt: ideest rerum apud omnes
eedem sunt. quod autem ita posuit. Quorum autem
he primorum note. hoc sentit. De vocibus enim dicit
quoniam quorum voces primorum note sunt: apud
omnes eedem sunt anime passionis. Vox enim etiam in-
tellectum rei significat et ipsam rem. Vt cum dico la-
pis et ipsum lapidem ideest ipsam substantiam designat
Sed prius intellectum: secundo vero loco significat. rem
Ergo non omnia que vox significat: passionis anime
sunt: sed illa sola que prima: primus enim significatur
intellectus: secundo vero loco res: sed intellectus pas-
siones anime sunt: quorum ergo primorum note sunt
voces: eedem sunt apud omnes homines anime pas-
siones. Est alia quoque scriptura hoc modo se habens.
Quorum autem he primorum note: he omnibus pas-

In librum de interpretatione editio prima

fiones anime sunt: et quorum he similitudines: res et he quod si ita scriptum est: hoc dicere: ostendit. n. quorum sint voces note: et quorum rursus sint anime passionis: tamquam si diceret. Voces quod significant: et quorum note sunt ille sunt anime passionis. et rursus quorum similitudines sunt he que sunt anime passionis: he sunt res: tanquam rursus si diceret quorum sunt similitudines ea que in intellectibus atque anime passionibus sunt: ille res sunt. Sed de his disputationes trahere longius non vult. Ait enim de his quidem igitur dictum est. In his que sunt dicta de anima. Alterius est enim negotii. Etenim aliud est principaliter de intellectibus anime disputare: aliud tantum sibi ad disputaciones sumere: quantum ad logice pos sit pertinere peritia. Quare alterius negotij est prin cipaliter de anime passionibus disputare.

Est autem quemadmodum in anima aliquotiens in tellectus sine vero vel falso: aliquotiens vero cui iam necesse est horum alterum inesse: sic etiam in voce. circa compositionem enim et diuisionem est falsitas veritasque.

De enunciatione dicturus in qua veritas et falsitas inuenitur: recte prius monstrare contendit: in qua prolatione vocum horum alterum id est aut veritas aut falsitas inueniri queat. Sed omnis vox animi sensa significat. Quare ex animi intellectibus quicquid euenit: vocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit. Similitudo est inquit quedam inter se intellectuum atque vocum quemadmodum enim sunt quedam simplicia que ratione animi concipiuntur: constitunturque intelligentia mentis: in quibus neque veritas vlla: neque falsitas inuenitur: ita quoque in vocibus est. Simplex enim intellectus: ut verbi gratia hominis vel equi: neque falsitatem vllam retinet neque veritatem cum enim intelligo simpliciter hominem vel substantiam ipsam nihil veri vel falsi in cogitatione retineo. Quod si cursum rursus animi cogitatione prospero: cogitatio ipsa quam simplicis rei tenet intuitum: veritate et falsitate seclusa est. Sed quam cursus et hominem intrero: et ex his aliquid intelligentia mea fecero id quoque si voce proferam: huiusmodi erit: homo currit. Tunc ex hac substantie et accidentis compositione et coniunctione huiusmodi intellectus fit: in quo vel falsitas possit esse vel veritas. Ergo quemadmodum in intellectu quedam aliquotiens simplicia vero falsoque carentia: aliquotiens autem cum iam necesse est aut veritatem inesse intellectui aut falsitatem: sic est etiam in voce. Nam si simplicem intellectum vero falsoque carere vox proferat: ipsa quoque vox a veritate et falsitate relinquitur. Quod si huiusmodi proferat intellectum: qui in se verum falsumque contineat: ipsa quoque veri falsique retinet significationem. Docuit autem per hoc quod ait. Circa compositionem enim et diuisionem est veritas falsitasque: in qua prolatione vocis enunciationes possumus inuenire. Quotiens enim subam cum accidenti coniungimus atque componimus: vel intellectum intellectui copulamus: ut fieri possit propositio in cogitatione: tunc fit idem in voce. Et est nunc affirmatio: ut homo currit. Nominem quippe cursumque compositum atque coniunxit: et inde affirmatio nata est veritatem continens vel mendacium. Illunc vero negatio si huic aduerbium negatiuum iunxero: et substantiam ab accidente diuisero atque diuiserero: ut est homo non currit: non quod est aduerbium negatiuum hominem a cursu diuisit atque diuisit: factaque est inde negatio rursus veritatem falsitatem ue significant. Recte igitur dictum est circa compositionem quod est affir

matio: vel diuisionem quod est negatio: veritatis falsitatisque constare naturam.

Nomina igitur ipsa et verba consimilia sunt sine compositione vel diuisione intellectui ut homo vel albus quando non additur aliquid. neque enim ad hoc verum aut falsum est.

Nunc quid sit intellectus sine vero vel falso continuata oratione persequitur. Ea enim inquit que simplicia dicuntur: similia sunt simplicibus intellectibus: qui sine vlla compositione vel diuisione animi puro capiuntur intuitu. Cum enim homo vel albus ipsa quidem simplicia sint: et significant aliquid: nihil tamen neque verum neque falsum designant. Omne enim simplex nomen vel verbum a veritate et falsitate secludit. Atque ideo (quonia ut dictum est) quecumque sunt in vocibus: significant anime passionis. Simples voces et sine compositione vel diuisione similes sunt his intellectibus quos sine compositione et diuisione simplex intelligentia concipit. In his enim atque in huiusmodi nulla neque veritas neque falsitas inuenitur: nisi enim aliquid addatur: ut id quod simplex intelligis: vel per se constituas esse: vel ei aliquid secundum esse coniungas: in his veritas et falsitas non erit. Cum enim simpliciter dico homo: si non aliquid addidero: ut verbum est: et fiat huiusmodi compositio: homo est: vel huiusmodi aliquid: ut homo vivit quod idem valet: tanquam si dicam: homo vivens est. ergo nisi aliquid huiusmodi fuerit adiunctum quod in intellectam rem vel per se esse constituat: ut homo est: cum dico hominem: per se esse designavi: vel iuncto accidente tale aliquid apponatur: quod idem ei quod est esse significet: ut est homo vivit. Vita enim homini iuncta est: et vivit idem significat: quod vivens est: nulla veritas nec falsitas valet intelligi. Hoc autem convenientissimo monstrat exemplo.

Signum autem huius est etenim hyrcocerus significat quidem aliquid. sed quod nondum verum vel falsum. si non vel esse vel non esse addatur vel simpliciter vel secundum tempus.

Magnam vim habet exempli huius subtilitas. non enim sola illa nomina vel verba falsitate ac medatio separata sunt: quecumque simplicia sunt: sed etiam illa que cumque sunt composita si sint simpliciter dicta. Hyrcocerus enim compositum nomen est: significans hyrcum et ceruum. Sed nisi ei aut esse aut non esse addatur: ut dicam hyrcocerus est: vel hyrcocerus non est: nullus inde veri falsine intellectus poterit provenire. Ipsum enim quamquam sit compositum tamen simpliciter dictum veritati vel falsitati proximum non est. Si quis enim dicat tamen hyrcocerus: nihil enunciat. Quod si nihil enunciat preter veritatem falsitatemque: quoddam compositum designans nomen auditor intelligit. Quod vero ait vel simpliciter vel secundum tempus: ad hoc valet: ne putares mus tunc fieri solum de nomine enunciationem. Cum ei presens tempus adijcitur: ut cum dicimus hyrcocerus est: vel hyrcocerus non est: in his iam veritas est aut falsitas. Sed non solum si presens tempus designet propositio: sed etiam si preteritum: ut si quis dicat: hyrcocerus fuit: vel futurum: ut si quis dicat hyrcocerus erit: enunciationem facit: ergo id est quod ait vel simpliciter vel secundum tempus huiusmodi enim est. Simpliciter facta enunciatio secundum presens est. Etenim quod presens dicimus tempus non est sed confinium temporum tempus enim est futurum aut preteritum: ergo non potest: in eo quod est hyrcocerus

coeruus veritas aut falsitas inueniri: nisi ei aut esse: aut non esse addatur: vel presens: significans quod est simpliciter: vel tempus quod est preteritum aut futurum. Si quis enim sic dicat: byrococcus est: simpliciter dicitur: id est secundum presens. Si quis autem byrococcus erit vel fuit: secundum tempus futurum scilicet et preteritum. Hec igitur que erant vtilia prelocutus ad definitionem nominis disputationis cursum intendit.

De nomine.

Nomen est vox significatiua secundum placitum sine tempore: cuius nulla pars est significatiua separata.

Omnia diffinitio genere et differentiis perficitur. Sumpsit ergo ad definitionem vocem nominis generis. Letera vero que executus est: pro differentiis aggregauit. Est autem huius termini talis expositio: nomen est inquit vox. Sed vocum alie sunt que significant: alie que nihil significant. Nomen autem significat: id cuius nomen est. Nomen igitur est vox significatiua. Vocum significatiuarum: alie sunt naturaliter: alie non naturaliter. Naturaliter est vox significatiua: ut ea que dolores naturaliter monstrat aut gaudia. Non naturaliter vero significatiue voces sunt: quasi secundum positionem esse dicimus. Secundum positionem vero sunt: quas sibi ipsi homines posuerunt: ut cum dixit aliquis primus qui rebus nomina condidit: hec substantia dicatur aurum: hec lapis hec aqua: et alia similia. Tales igitur voces secundum positionem sunt hominum. Et ita secundum positionem: quemadmodum ipsis hominibus placuit: a quibus nomina ipsa formata sunt: huiusmodi ergo voces que secundum positionem sunt: secundum ponentium placitum sunt. Sed nomen non naturaliter significat. Apud diuersas enim gentes diuersa sunt nomina. Que autem apud diuersos diuersa sunt: ea non sunt naturaliter: sed secundum placitum eorum qui posuerunt: positionemque ponentium. Alioquin si naturaliter essent quemadmodum ea que dulcia sunt apud romanos: non eadem sunt apud scythas amara nec acida: sed apud ipsos quoque sunt dulcia: et apud omnes gentes sunt odem modo.

Ita quoque omnia nomina si naturaliter essent eisdem omnes homines vterentur. Quare quoniam nomina naturaliter non sunt nec naturaliter significant: secundum placitum sunt scilicet ponentium atque auctorum: et a quibus nomina ipsa rebus impressa sunt. Est ergo nomen vox significatiua secundum placitum. Secundum placitum autem positionemque significantium vocum alie tempus secum ad significationem trahunt. alie preter tempus predicantur. Tempus secum trahunt: ut est curro et lego: vel cucurri vel legi: et quecumque sunt verba. Omne enim verbum cum tempore est. Nomina vero sine tempore sunt. Cum enim dico socrates vel plato vel albedo: vel aliquid huiusmodi: temporibus carent.

Nomen ergo vox est significatiua secundum placitum sine tempore. Vocum significatiuarum sine tempore secundum placitum. Alie sunt quarum partes aliquid extra significant: alie quarum partes extra nihil designant. Hec namque vox: que est socrates cum platone aliisque discipulis que est oratio: et significatiua est et secundum placitum. Partes namque ipsi que sunt nomina: secundum placitum sunt et sine tempore. Nulla namque in ea nec imaginatio quidem temporis inuenitur: sed habet hoc quod partes eius extra significant. Tota namque oratio est socrates cum platone aliisque discipulis: sed eius pars socrates si a tota oratione distincta sit: significat aliquid nominis atque pars nihil extra significat: ipsi enim nominis quod est so-

crates: quod distinctum a tota conuentione significat aliquid: partes nihil extra designant. Neque enim socrates. neque crates. neque tes. neque aliquid preter totum nomen extra designat. Quare rectissime diffinitio constituta est: Nomen esse vocem secundum placitum designatiuam sine tempore: cuius partes nihil extra significant. Hoc autem propositis docet exemplis.

In nomine enim quod est equiferus: ferus per se nihil significat: quemadmodum in oratione que est equus ferus.

Si enim sit oratio que dicat equus ferus: duas res significat: equum et ferum. Utrumque enim est vnum substantia: alterum quale. Qui vero dicit equiferus: vnum nomen est: et ei vnum quod significat subiectum est. Quocirca vnumquodque permixtio ista significat. Quod si vnum significat tota permixtio: pars inde separata nihil extra designat. In toto enim nomine quod est equiferus: conuincit quidem ferus: per se vero nihil significat. Quod si per se id quod dicimus ferus aliquid significare arbitremur: non iam erit pars nominis: sed ipsum erit integrum nomen: et habebit partes. se. et rus. Quocirca quoniam nominis subiectum est: et vnum significat totum nomen: vel si sit equiuocum: vel si non sit: canis enim cum sit equiuocum semel totum latrabile: secundo totum celestem et rursus totum marinum significat. Quare quoniam quilibet nomen vnum aliquid significat totum: pars eius separata: et velut a tota compositione seiuncta: in qua vnum aliquid conuincit: nihil extra significat. Dat autem differentias simplicium nominum et compositorum.

At vero non quemadmodum in simplicibus nominibus: sic se habet etiam in compositis: in illis. nullo modo pars significatiua est. in his autem vult quidem. sed nihil significat separata: ut in eo quod est equiferus ferus.

Simplicis inquit nominis partes quoniam non constent ex alijs partibus ne imaginatione quidem significationis aliquid producit ut in eo nomine quod est homo: neque homo neque mo. quocirca significat: neque significare putat: ideo quoniam simplex nomen est: in his quoque que composita sunt quoniam ex duobus significatiuis in vna significatione rediguntur: vult quidem significare aliquid pars: sed nihil separata designat. In eo enim quod est equiferus: dat quidem imaginationem aliquam significationis: et putat significare ferus. Hoc est enim quod dicit vult quidem: sed nihil extra separatimque significat. Si enim hoc ipsum ferus ut pars nominis dicatur dimidium nomen dicitur eius quod est equiferus: dimidium autem nomen designat nihil. Ergo id quod dicimus ferus: cum alia parte nominis que est equus vnum conuincit: id est equiferus: separatim etiam nihil extra significat. Quod si rursus ipsum nomen extrinsecus non in alterius nominis parte ponatur: per se sibi significat velut nomen. Ergo non est similis in simplicibus nominibus compositisque partium conuincitio. Sed simplicium quidem nominum partes nec ipse significant: nec significare putantur. Compositorum vero volunt quidem partes aliquid significare: et dant significationis imaginationem: et significare aliquid putantur: sed nullius separatim retinent significationem.

Secundum placitum vero: quoniam naturaliter nominum nihil est: sed quando fit nota.

Tunc enim significat nomen secundum placitum: quoniam fit nota alicui rei. id est quoniam significat aliquam rem: ut metaphisus. Quoad diu. n. huic nihil subiecti est: metaphisus nomen non est.

In librum de interpretatione editio prima

Illā noī est significare subiectū. Metapsus aut subie-
ctū si significat. Illō igit nomē e. Ac rursus si hui⁹ cō-
stituerē est subiectū: noī aut significare subiectum ē
Non enim nomē aliqd diceret: nisi a subiecti signifi-
catione hoc traberet: p̄cipue cū nomē dī a notamine
Itaqz cū metapsus subiectū signat: nomē est. Cōstat
igit nomen esse secundū placitū: sed tunc qm̄ sit nota
idest quando aliquod subiectū significat.

¶ Nam designant et illiterati soni: ut ferarum: quo-
rum nihil est nomen.

¶ Dixerat superius in diffinitione: nomen esse secun-
dum placitum non natura. Hoc autem diligent⁹ mō-
strat nunc dicens: nihil esse nominū naturaliter. At-
qz ideo nō illi sufficit ad definitionē quod est significa-
tiua vox nisi illud quoqz adderet: quod secundū placi-
tum vox significatiua est. Alioquin multi illiterati so-
ni significant: ut sibilus aliquid interdū significat. fe-
rarum quoqz multorūqz animalium voces interdum
aliqua significatione preditas esse perspicimus. Que-
dam enim vox canum iras significat: hinnitus quoqz
equorū sepe alteri⁹ equi consuetudinem q̄rit. Sz bec
naturaliter significat: atqz ideo noīa non sunt: qd̄ igi-
tur naturaliter significat: nomē nō est. Atqz bec hac
thenus. Nūc quemadmodū facta sit definitio videa-
mus. Quod dixit nomen esse vocē. Traxit a genere
definitionē. Qd̄ significatiua esse consequenter appo-
suit. Nomē ab nō significantibus vocib⁹ separauit.

Qd̄ secundū placitū a naturaliter significantib⁹ vocis-
bus noīa natura diuisa est. Qd̄ sine tempore: ad ver-
borum discrepantiam respicit. Quod eius nullā par-
tem extra significare propositum est: iccirco dictū est
vt nomen ab oratiōibus distare videretur. Hacten⁹
quidem de tota nominis definitione tractatum est.
Et quibus differentiis ab alijs vocibus distare possit
nomen explicitum est. Nunc autem que videntur in
definitiones nominis incurrere: an nomina sint dili-
gentius querit.

¶ Non homo vero non est nomen. At vero nec po-
situm est nomen quo illud oporteat appellare. ne-
qz enim oratio neqz negatio est. sed sit nomen infi-
nitum. quoniam similiter in quolibet est. et quod ē.
et quod non est.

¶ Nunc differit qualia esse arbitrari oportet: que cum
sub definitione noīa quidem cadant: integra tamē no-
mina non esse videantur. Unde fit: vt bis diligentis-
sime distributis integerrima nominis definitio cōclu-
datur. Hoc enim quod dicimus non homo: quid sit
ambigit. Oratio enim non est. Omnis enim oratio ver-
bis nominibusqz coniungitur. Hoc autem quod dici-
mus non homo: duabus quidem partibus constat: s̄
vnum in se retinet nomen: verbum vero non h̄. Ne-
gatiua enim particula: que est non: neqz nomen neqz
verbū est. Rursus. negatio non est. Omnis enim ne-
gatio verum falsum ve significat. Illō homo vero qd̄
dicimus: neqz verum est neqz falsum. Nisi enim (vt
supra ait) aliquid quod sit proximū ad id quod est eē
addatur: nulla veritatis aut falsitatis ratio ī qualibz
orationis partium compositiōe perficit. At vō nomē
non est: Omne. n. nomen vnam rem significat defini-
tā: vt cum dicimus homo: substantiā significat: nec
quālibet: sed rationalem atqz mortalem. Eodem mo-
do et cetera nomina. Qui vero dicit non homo homi-
nem quidem tollit. Quid autem illa significatiōe ve-
lit ostendere: non definit: potest enim quod homo

nō est: et equus esse: et canis: et lapis: et cetera quecūqz
homo non fuerint. Quare quoniam id quod definite
significare potest: aufert in eo negatiua particula: qd̄
vero significare debeat: definite nō dicit: sed multa
atqz infinita vnusquisqz auditor intelligit. Dicatur in-
quit nomen infinitū. Hoc enī quod dicimus non hō:
tā multa significat: quā multa sunt: que a definitiōe
hominis disiungunt. Sed hoc aristotelis vocabulū:
cū infinitū nomē vocaret prius inuenit. Apud anti-
quiores enī ista quidē erat dubitatio: sed huic differē-
tie qua differt nomē definitū ab huiusmodi nomine
quod cū negatiōe proponit: impressum vocabulū nō
erat: quod ipse testat dicēs. At vō nec positū est nomē
quo illud oporteat appellare. Nullus enī posuit voca-
bulū: quo oporteat appellare id quod dicimus nō hō
sed aristoteles perspicaciter infinitū nomen huiusmo-
di predicamētū censuit appellari.

¶ Catonis aut vel catoni. et quecūqz talia sunt non
sunt nomina. sed casus nominis.

¶ Omnis inquit casus alteri⁹ casus est. Itaqz fit: vt qui-
cūqz casus sit: alterius inflexio videat. Ergo quod di-
cimus huius catonis vel huic catoni: vel alia h̄mōi:
casus nominamus. Unde fit vt hi casus inflexiōes quo-
qz dicāt: sed oīs inflexio alicuius inflexio est. Qd̄ aut
inflectit: ab eo quod ipsa inflexione sit prius est. Qua-
re cū id quod dicimus cato nomen sit: et sic primū di-
stat inflexiōib⁹ suis. Inflexio aut nominatiui genitiui⁹
et ceteri. Nullus enī dixerit recte nominatiuū casū eē
Si. n. id quod dicim⁹ cato alicui⁹ casus sit. cui⁹ casus
esse possit oportet ostendi: sed ante id qd̄ dicim⁹ cato
nullus pdicat casus: igit qm̄ cato nomē nulli⁹ inflexio
est: nec oīno casus est. Ceteri aut casus qui dicūt no-
minatiui inflexione formāt: catōis: et catoni: et catonē
quare si distāt ea que ab inflexione nascūt: ab his q̄
inflectūt: distāt quoqz hi omnes casus: qui sunt cato-
nis: catoni: catonē: ab eo quod est cato: idest a nomie
principali: sed hic cato nomen est: casus igitur nomi-
na non sunt. Aliud enim est ipse casus: aliud enī ē ca-
sus. Quocirca si nominis bec oīa casus sunt: bec no-
mina non sūt. Atqz ideo prudenter veteres oēs casus
genitiuū: datiuū: accusatiuū: vocatiuū: ablatiuū
suis diuersisqz nominibus vocauerunt. Primum vō
alias rectū: q̄si a nullo inflexum: alias nominis ipsius
vocabulo nominatiuū dixerunt. Quare nunc hoc
Aristoteles exequitur: qui casus noīuz videantur nō
esse nomina sed tm̄ nominū inflexiones. i. casus.

¶ Ratio autem eius in alijs quidē eadem est. sed
differunt. quoniam cum est vel fuit. vel erit adiun-
ctum neqz verum neqz falsum est. nomē vero sem-
per vt catonis est vel non est. nondum enim aliqd
verum dicit neqz falsum.

¶ Ratio inquit. i. definitio nominis: et casus nominis
eadē est. nam sicut nomen vox significatiua ē fm̄. pla-
citū sine tpe: vt eius pars nulla extra significet: sic ē
casus. Illā vox est et scdm̄ placitū designatiua: et cui-
us separate partes nihil extra designāt. Ergo eadez
diffinitio ratioqz nominis est et casus nominis: s̄
vna additur differentia: quod omne nomen cum eo
quod dicit est: aut nō est. coniunctū: aut affirmatiuā
enunciationē facit: aut negatiuā: vt socrates est: vel
socrates non est. Hic enim quoniā veritas aut falsi-
tas incidit: enunciationem esse necesse est. in casibus
vō quāuis addas est: aut non est nulla inde affirma-
tio neqz negatio fit. Illeqz enī vlla in hos veritas aut
falsitas

falsitas cadit. Si quis enim dicat socratis est. socratis non est: vel catonis est: vel catonis non est: quid sit vel non sit non apponens: cum simplici casu est: aut non est iungens: imperfectam faciet orationem falsitate ac veritate disunctam. Quare nulla enunciatio est. Ergo differt nomen a casu: quod nomen quidem cum est: aut non est iunctum aut verum vel falsum facit. Casus vero neque verum dicit: neque mentit. Etenim nullo alio addito truca est atque imperfecta sententia: huiusmodi istud. scilicet ut definitio nominis integerrima compleretur. Etenim iam nunc definitio nominis hoc modo est. Nomen est vox significatiua secundum placitum sine tpe: cuius nulla pars significatiua est separata. definitum aliquid significans: cum est aut non est iuncta faciens enunciationem. Sed de nomine hactenus. Nunc verbum diligentissima definitione determinat.

Verbum autem est: quod consignificat tempus cuius pars nihil extra significat: et est semper eorum que de altero predicantur: nota.

Verbum distat a nomine hoc solo quod nomen sine tpe est. ut supra iam dictum est: verbum autem tempus in significationibus trahit: et esset quidem plena definitio verbi: si alia in eo omnia que in nomine posita sunt ponerentur: hoc solo discrepante: quod verbum consignificat tempus: essetque definitio ita. Verbum est vox significatiua secundum placitum cum tpe: cuius nulla pars extra significatiua est: huiusmodi sunt illa nomina verboque composita proprium autem verbi est consignificare tempus: a proprietate definiti. scilicet nominis verbum voluit definire. Diligentem autem ait consignificat. Nam significant nomina tempus: ut dies. vel annus hec enim temporum nomina sunt. Verbum autem proprie consignificat tempus: principaliter enim aut passionem designat aut actum: ut cum dico: accuso vel accusor: eius ipsa actus passionisque significatione vnum quoque secum temporis trahit: ut ille actus aut passio preter presens: aut futurum: aut preteritum: aut quod inter hec esse non possit: et est semper eorum que de altero predicantur nota. Sensus huiusmodi est. Omne inquit verbum significat aliquod accidens: quod accidens semper de altero predicatur. Nam si omne verbum aut actionem aut passionem designat. Actio vero et passio in accidentibus numerantur. omne verbum vnum significat accidentis: sed accidens semper de eo predicatur quod si subiectum est: ut album de corpore: et durus de ferro. Quare omnia verba eiusmodi aliqua designant: que semper de altero predicantur. Quod per hoc. id est dicitur: quod ait verbum notam esse. id est significationem eorum que de altero predicantur. Quod idem valet tamquam si diceret: verbum semper accidentia significat: quorum hec natura est: ut semper de altero predicentur cuiuslibet res nota est: hanc ipsa que nota est: designat.

Dico vero quoniam consignificat tempus: ut cursum quidem nomen est: currit vero verbum: consignificat enim nunc esse.

Supra in nominis definitione proposuit nomen esse sine tempore: quod nunc quoque hoc monstrat exemplo: et diligentissimo quidem. Nam idem predicamentum ad nomen relatum sine temporis consignificatione monstratur: ad verbum vero videtur esse cum tempore. rursus enim simpliciter dicitur: ut nomen: et ut res. propria sine tempore est. Si vero in actionem: que verbi semper est inducatur: mox proprietatem verbi ac temporis in se suscipit significationem. Currit enim

verbum est. et significat actionem: et cum eadem tempus ostendit: monstrat enim nunc esse. id est presens tempus. Consignificat autem ideo dictum. est: quoniam quod dicimus currit: actum quidem quendam significat cuius eo vero actui ipsa significatione verbi presens tempus inducitur. atque ideo diligenter ait consignificat. Et est hec verborum subtilitas in aristotele mirabilis.

Semper eorum que de altero dicuntur nota est: ut eorum que de subiecto vel in subiecto.

Semper inquit verbum ea significat: que de altero predicantur. Que sunt autem quamquam brevissime: ipse tamen ostendit: Est autem consuetudo aristotelis ea que accidentia sunt in subiecto esse dicere: nec non etiam eadem ipsa accidentia de subiecto predicari: ideo quod omnia quecumque accidentia sunt: vel denominatiue vel quolibet alio modo et de subiecto predicantur et in subiecto sunt. Nunc ergo hoc dicit: tale quiddam significat verbum: quod semper accidens sit. quod accidens vel in subiecto semper: vel de subiecto predicatur. et alia quoque expositio. hoc modo: de subiecto dicitur genus species ad species. Ergo eorum que sunt accidentia: alia sunt individua: alia generalia. et illa quidem que sunt individua in subiecto sunt tamen ut quodlibet particulari corpori accidens: alia vero sunt generalia accidentia: que de aliis accidentibus predicantur ut de subiectis: ut est color: nam quod predicat de albedine et nigredine et ceteris. Ergo nunc omne inquit verbum quiddam quod de altero predicatur: significat. Sed hoc huiusmodi erit: quod aut particulare sit: et in subiecto tantum sit: ut est currit. Cursum enim de nullo alio predicat subiecto: nisi tantum in subiecto est: aut generale erit illud accidens et vniuersale ut de alio rursus accidente predicetur ut de subiecto ut si dicam mouet. Hoc enim quod dicimus mouet: de subiecto cursu predicat: qui currit enim mouet. Significat igitur verbum aut particulare accidens: quod est tantum in subiecto: aut vniuersale quod de alio accidente velut de subiecto predicetur. Hactenus definitionem verbi distribuit. Nunc vero sicut fecit in nomine: ea que in verbum incidere poterant: et verba non esse: aut verbi ratione et proprietate disiungit.

Non currit vero et non laborat. non verbum dico. Consignificat quidem enim tempus et semper de aliquo est. Differentie autem huic nomen non est positum. sed sit infinitum verbum.

Sicuti in nomine fecit: ita quoque in verbo ad integram definitionem verbi proprietatemque intendit. Ait. n. non currit non esse verbum. Et ideo quod verbum omne finitum aliquid designat: non currit autem que admodum infinitum sit: paulo post demonstrabitur: quod neque oratio est. In hoc enim quod dicitur non currit: neque duo verba sunt: neque duo nomina: neque nomen et verbum: que sola possunt iungere orationem. At vero negatio non est: etenim in toto imperfecta sententia est: sed neque huic inquit antiquiores posuerunt vocabulum. Nec enim differentia que est non currit: et non laborat: que a verbo puro et simplici distat: nullo apud antiquiores vocabulo nuncupata est. Differentiam autem vocauit id quod dicitur non currit: et non laborat: ab eo quod est currit et laborat. Sed quoniam his nullum est nomen ab antiquis impositum. Aristoteles nomen ipse constituit dicens sit verbum infinitum. Alioquin maximam dubitationem facit huius predicamenti similitudo: quod ipsum quidem predicamentum vox est designatiua secundum placitum

In librum de interpretatione editio prima

et de altero predicatur: et conſignificat tempus: idem ſcilicet quod verbum: quod eſt currit. Sed hoc ſolo differre perſpicitur: quod illud finitum verbum eſt: hoc infinitum. Cur autem hoc infinitum eſt: cōtinua oratione perſequitur.

Quoniam ſimiliter in quolibet eſt: et quod eſt: et quod non eſt.

Inſinitum inquit verbum eſt. quoniam cum de altero ſemper predicetur non currit enim de altero dicitur: tamen eque vel de ſubſiſtente vel de non ſubſiſtente predicari poteſt: ut in eo quod eſt: homo non currit: homo res eſt ſubſiſtens. Ergo dicitur id quod eſt non currit: de homine ideſt de re ſubſiſtente. Rurſus dicimus chimera non currit: chimera vero non eſt: nec omnino ſubſiſtit: et poteſt de ea vere dici: quoniam non currit. Quod enim non eſt: omnino nec currit. Ergo id quod eſt: non currit: et de ea re que ſubſiſtit: atque eſt in rebus dicitur: et de ea que neque eſt neque eſſe poterit predicatur: quare infinitum dicitur verbum. nec ſolum hoc: ſed illud etiam. quod qui dicit currit: rem quam quiſque faciat: definite ſignificat. Cum vero dicit non currit: ipſum quidem curſum videtur auferre: ſed utrum ſedeat: an iaceat: an ambulet: an aliquid aliud faciat non relinquit. Quare quoniam et ea que ſunt: et ea que non ſunt: infinita ſunt. et de his omnibus predicatur: quoniam id quod tollit finitum eſt: quod vero ponit infinitum pro hoc verbum vocabitur infinitum.

Similiter autem vel curret vel currebat non verbum eſt. ſed caſus verbi. Differt autem a verbo hoc quidem conſignificat preſens tempus. illa vero que circa ſunt.

Cum in nomine fecit cum caſus a nominibus diſtribuit. ita quoque caſus verborum nunc a verborum ratione diſiungit. Curret enim quod futurum eſt: vel currebat quod preteriti retinet partem: vel cucurrit quod eſt integrum perfectumque preteritum non ſunt verba: ſed verborum caſus preſens enim aut futurum expectat: aut preteritum relinquit. Atque ideo futurum tempus ad preſens tendit: preteritum a preſenti inchoat. unde fit ut principaliter contineat verbum id quod eſt preſens: ut ſit verbum integrum quod preſens deſignat. hec autem que preter preſens in aliqua ſignificatione ſunt: non ſunt verba ſed verborum caſus. Hic quoque ſicut in nomine fecit verborum et caſuum differentiam prodit. Aut enim omne verbum preſens ſignificat tempus. Caſus vero verborum illud tempus ſignificat: quocirca ipſum preſens eſt. idque cōplectitur. Complectuntur autem id quod eſt preſens. circa quod ipſa ſunt. futurum et preteritum tempus inter utraque enim tempora preſens locatur. Quicquid ergo vel futurum tempus: vel preteritum ſignificat: que tempora preſens complectuntur et circa ſunt non verba: ſed verborum caſus dicuntur. Eſt ergo integra deſinitio verbi. Verbum eſt vox ſignificativa ſecundum placitum cum tempore: cuius nulla pars extra ſignificativa eſt ſeparata: deſinitum aliquid ſignificans: preſentis ſignificationem tenens. Quoniam vero pars verbi nihil extra deſignet ex eo manifeſtum eſt: quod ne nominis quidem pars quicquam extra ſignificat

Ipſa quidem ſecundum ſe dicta verba nomina ſunt. et ſignificant aliquid. Conſtituit enim qui dicit intellectum. et qui audit quieſcit.

Subtiliſſimum quidem ingreditur ſenſum: ſed eſt hu-

iuiſmodi. Omne inquit verbum per ſe et ſine alterius coniuſtione prolatum nominis quodammodo ſpeciem tenet: et vere nomen eſt. Cum enim dico homo currit tunc id quod dixi currit ad hominem referens integrum feci verbum: quoniam ſine dubio ſemper de altero predicatur: ſi vero pro ſe dixerit currit: ſuuz quiddam quodammodo facio ipſum currit: cum nullo alio iungens: et ſit mihi nomen. Unde greci quoque bis pro ſe dictis verbis: aliquotiens addunt articularia prepoſitiua: ut eſt τὸ τρέχειν τὸν τρέχειν Si quis enim dicat velocius eſt id quod eſt currere: eo quod eſt ambulare. In illo nominatiuum iunxit articulum dicens: id quod eſt currere. In illo vero ablatiuum dicens: eo quod eſt ambulare: velut ſi quis in nomine dicat: id quod eſt ſcānus leuius eſt eo quod eſt oſtiu. Hoc quod diximus: id quod eſt ſcānus: ad ipſum ſcānum articulare prepoſitiuum iunxit: tamquam ſi diceremus homo: ſcānum: et quod ruruſus diximus eo quod oſtiu: tamquam ſi diceremus hoc oſtiu. Ita quoque cum dicimus velocius eſt id quod eſt: currere: eo quod eſt ambulare. hoc quod dicimus id quod eſt currere: ita ponimus tamquam ſi dicamus: hoc currere. Et ruruſus eo quod eſt ambulare: tamquam ſi diceremus ablatiuo modo ab hoc ambulare: quaſi translatum ad nomen ſit: dictusque ſit hac ambulatione. Quare per ſe dicta verba nomina ſunt. Et eſt huius rei probatio quaſi ipſe aristo- teles ponit. Cum enim ſimplex dicimus nomen: auditoris inchoat intellectus cum noſtra prolatione. Et dum proferimus: dicentis ſequitur vocem: et tunc quieſcit cum illud nomen fuerit expletus. Cum enim dico hyppocentaurus: ingreditur a prima ſyllaba audientis intellectus: et uſque ad finem totius nominis non quieſcit. ubi vero extremam audierit ſyllabam mox quid dictus ſit auditor intelligit: et eius intelligentia conquieſcit. ſic ergo et in verbo cum dicimus currere: intellectus quoque audientis pro eius ſyllabas que ſunt: cur. et re: et ruruſus re. vadit: ſed ubi extremam audierit ſyllabam: mox totius verbi capiens ſignificationem intellectus quieſcit. Ergo verbum per ſe dictum nomini ſimile eſt: et eſt quodammodo nomen. Sic enim in nomine is qui dicit: intellectum audientis ultime ſyllabe prolatione et totius nominis perfectione conſtituit: et is qui audit quieſcit: et ultra eius intelligentia non progreditur: ita quoque et verbum ſi per ſe dicatur: audientis conſtituit intellectum quod ſi cum alio coniungatur: nondum tota intelligentia conſtituitur audientis. Ut cum dico ſocrates ambulat: in ſolo ambulat: quod eſt verbum: non conſiſtit perfecta ſententia: niſi in toto: quod eſt ſocrates ambulat. Ruruſus cum dico ambulare moueri eſt: non in vnoquoque horum verbo ſententia conſtituta eſt: ſed in tota oratione conquieſcit auditor. Et circo quoniam ſi verbum de altero ſubiecto predicet: vtriuſque ſignificationem verbi iungit auditor: et non per ſe verbum ipſum conſiderat quod dicitur: ſed ad alterum refert: ut ambulare moueri eſt ambulationem ad motum vel ſocrates ambulat: ambulationem ad ſocratē. Tunc ergo ſit integrum verbum: cum referat ad alterum. At ſi ſimpliciter predicetur verbum: nomen eſt: iccirco quod ſicut nomen dictum: ita quoque verbum audientis conſtituit intellectum.

Sed ſi eſt vel non eſt. nondum ſignificat. neque enim ſignum eſt rei eſſe vel non eſſe.

Sed quicquam nomen ſit inquit verbum: et aliquid definite ſignificet per ſe dictum: ſolum tamen non faciet enunciationem: neque verum aliquid falſumue conſtituit. hoc eſt enim quod ait. Sed ſi eſt vel non eſt: nondum

dum significat: ad affirmationem referens quod dicitur: sed si est: ad negationem: quod ait. vel non est. Nihil. n. horum significat verbi per se predicata prolatio. Cum enim dico currit: hoc ipsum currit significat quidem aliquid: sed si est aut non est: nodum significat: Neque enim esse signum est rei: aut non esse. Quod tantum valet: tanquam si dicam: id quod dico currit. non significat esse ipsum cursum aut non esse. Si. n. significaret: ita diceretur. Currere est vel currere non est. Illuc autem currit si designat esse ipsam rem vel non esse. Dicitur enim solum: et est intellectus quidam sed neque affirmationem significat. neque negationem: ideo quod neque ponit rem esse: nec eam interimit. Quod per hoc monstratur: ut signum sit rei illius de qua predicatur: quoniam est vel quoniam non est.

Nec si hoc ipsum est purum dixeris: ipsum quidem enim nihil est: con significat autem quandam compositionem. quas sine compositis non est intelligere. Est verbum iunctum cum alio verbo vel nomine solet facere propositionem: ut homo est vel currere est: ipsum autem est purum inquit si dictum fuerit: neque verum neque falsum est: a quo omnes pene enunciationes sunt que sunt simplices. Ergo nec si hoc ipsum est purum dixeris: esse aliquid: aut non esse significat: id est aut affirmat aut negat: ideo quod ipsum est simpliciter dictum nihil est. Illuc quod omnino nihil significet: sed quod nihil veritatis habeat neque falsitatis: id est non nihil est ad significationem: sed ad veritatis falsitatisque significationem: de qua nunc tractabitur. Cur autem nihil veri falsique monstraret ostendit. Est enim duobus modis dicitur: ut verum falsumque designet: aut cum una rem qualibet propria compositione constituit: ut cum dico: homo est: ipsum est cum homine iunctum atque compositum esse hominem constituit: et fit exinde enunciatio. Aut rursus cum due res per ipsius verbi compositionem copulationemque iunguntur: ut est: homo animal est. Homo namque et animal copulantur atque iunguntur per id quod dicitur. homo animal est. Ergo sic omnis veri falsique in enunciationem significationis eius quod dicitur est: in compositione est: cum aut sua compositione aliquid esse constituit: aut duas res copulat atque componit. His autem eius que in enunciationibus propositionibusque monstratur: in veri falsique. s. designatione preter ipsas compositiones: in quibus hoc solet efficere: nulla est. Atque hoc est quod ait. Con significat autem quandam compositionem quas sine compositis non est intelligere. Cum enim dico est: nihil significavi: quid sit aut non sit. Quod si facias enunciationem: componam necesse est: ut homo est: aut ut homo animal est: quare si omnis eius vis in veri falsique enunciatione ad compositionem refertur: cum preter compositionem dicitur: quod in compositione designare potest. id preter compositionem non designat: potest autem compositione facta verum falsumque in enunciatione monstrare. Nec igitur sine compositis in verbo est nullus valet advertere. Recte igitur dictum est con significare quandam compositionem: que sine compositis intelligi non valeret.

De Oratione.

Oratio autem est vox significativa: cuius partium aliquid significativum est separatum ut dictio: non ut affirmatio vel negatio.

Quod compositum est: eorum suscipit naturam: ex quo totus

compositi ipsius corpus efficitur. Quare quoniam oratio verbis constat atque nominibus: que significativa sunt: recte quoque oratio significativa esse definit. Sed distat oratio his ex quibus ipsa effecta est. i. nominibus atque verbis: quod eorum partes nihil extra designat: orationis vero pars aliquid separata significat. Nam si nomen et verbum partes orationis sunt: hec autem per se significant. non est dubium separatas orationis partes significare. Quomodo autem significant sequenti determinatione monstravit. Significant igitur partes orationum: ut dictio semper: non semper ut affirmatio vel negatio. Illuc autem dictionem dicit simplicem verbi aut nominis nuncupationem. Sunt enim quedam orationes: quarum partes ita significant quasi affirmatio: ut in ea oratione que est: si dies est: lux est. id quod dicimus lux est: totius orationis pars est: et ita est significativa ut quedam affirmatio. Sed non omnis oratio affirmationem habet in parte. hec enim ipsa que dicit lux est: habet in partibus id quod dicimus lux: et rursus id quod dicimus est sed neutra ipsarum affirmatio est sed tamen simplex dictio. Omnis ergo oratio dictionem quidem habet in parte: non vero omnis oratio affirmationem. Recte igitur dictum est partes orationis significare: ut dictionem: non ut affirmationem. Quid autem sit dictio: ipse paulo post clarius demonstrabit.

Dictio autem ut homo significat aliquid. sed non quoniam est aut non est. sed erit affirmatio vel negatio si quod addatur. Sed non una hominis syllaba.

Quod supra posuit dicens: orationis partes ut dictiones significare: non ut affirmationes. hoc convenienti monstravit exemplo: homo inquit dictio est: et est pars orationis: si in tota oratione ponatur. ut est: homo animal est. Ergo id quod dicimus homo dictio quidam est sed affirmatio non est. Cum ergo nomen hoc. i. homo pars orationis sit: et affirmatio non sit: docet verum esse quod dicitur orationis partes significare: ut dictionem: non ut affirmationem. Docet autem illa res nomen hoc affirmationem non esse: quod in affirmatione semper veritas aut falsitas invenitur. nomen vero simpliciter dictum: neque verum neque falsum est. Quare nomen hoc id est homo: ut affirmatio non significat: sed designat aliquid simplex: significat igitur aliquid ut dictio. Nec autem dictio si ei aliquid addatur: ut est verbum aut quodlibet verbum aliud: quod enunciationem possit efficere: erit affirmatio. Si enim quis dicat homo est: vel homo vivit: fit affirmatio. atque hoc est quod ait: sed erit affirmatio vel negatio si quod addatur. Si enim aliquid ita apponatur vel appositum ita negetur: ut enunciatio constitui possit: affirmatio negatione perficitur. Siquis enim dicat homo vivit: affirmatio est. Homo non vivit. negatio est. Docet autem dictionem esse habere positionem per se significatam per hoc quod ait. sed non una hominis syllaba. Una enim syllaba hominis dictio non est. ideo quod nihil per se separata significat: ut homo. et modo. et in ceteris: ut supra ostendimus. Omnis enim huiusmodi pars que per se nihil significant. non est dictio: sed tamen in toto nomine quiddam positum designat: et con significat: ut in eo quod ipse ponit exemplo.

Neque enim in eo quod est forex. rex significat. sed vox nunc est sola. In duplicibus vero significat quidem aliquid. sed non secundum se. quem admodum dictum est.

In eo inquit quod est forex. rex videtur quidem aliquid significare: sed cum toto nomine con significat potius: quoniam quicquid per se ipsum designet: quemadmodum iam supra dictum est. Docuit enim supra partes nominis nihil omnino

In librum de interpretatione editio prima

significare seperatas. Quod ergo dicit sed non sedm
se: id est in eo qd est sozer: rex per se nihil significat: s;
tamen quiddaz cōsignificat. quod cū tota nominis cō
positiōe designat. Cū 2 so syllaba 2 rex iūcta in vnuz
id qd est sozer in tota syllabarū. coniūctione designat

Est autem oratio omnis quidem significatiua
non sicut instrumentum: sed quemadmodum di
ctum est secundum placitum.

Plato nomina naturalia esse constituit: et hoc binc
probare contendit quod quedaz suppellex: 2 quodam
modo instrumentum sit inuicem sensa prodendi. Ma
turalium vero suppellectiles sunt naturales: vt oculi
instrumenta sunt quidem videndi: qui visus res na
turalis est. Quare oculos quoq; naturales esse neces
se est. ita etiam oratio rerum naturalium suppellex ē
atq; instrumentum. id est sententiarum. Quare ipsa
quoq; est naturalis Aristoteles autem dicit: non secū
dum naturam esse orationem sed secundum placituz
Quocirca nec esse orationem suppellectilem natura
lem. Quod enim dicit non sicut instrumentum non
dicit non per hoc instrumentuz sensa proferri: sed tā
tum res esse orationem secundum positionem. per
quas proprias sententias demonstramus. Luius enim
rei partes ad placitum sunt: ipsa quoq; ad placitum
est: Sed orationis partes nomen 2 verbum sunt: hec
enim sunt ad placitum non natura. Oratio igitur ipsa
secundum placitum positionemq; est. sed nō est natu
raliter constituta. Est autē integra definitio oratio
nis hec. Oratio est vox significatiua secundum placit
um cuius partes aliquid extra significant.

Enunciatiua vero non omnis: sed in qua verum
vel falsum inest: non autem in omnibus inest: vt
deprecatio oratio quidem est: sed neq; vera ne
q; falsa.

Orationis (vt supra iaz diximus) multe sunt species
est enim oratio prima optatiua: vt vtinam tibi istam
mentem diu immortales dent: Secunda vocatiua:
vt heus tu. Tertia imperatiua: vt cape: da hoc por
tio. Quarta deprecativa: vt iuppiter omnipotens 2
reliq;. Quinta enūtiatiua. vt dies ē dies non est. s; in
hac sola specie orationis veritas 2 falsitas inest: in il
lis vero ceteris minime: Tolens autem aristoteles
ostendere multas esse orationes: 2 non omnem ora
tionem esse enūtiatiuas hoc addidit. Deprecatio ora
tio quidem est: sed neq; vera neq; falsa. Etenim de
precatio in orationis speciebus ponitur: sed nulla in
ea veritatis natura: falsitatisq; cognoscitur.

Cetera quidem igitur relinquuntur. Rhetorice
enim vel poetice convenientior consideratio est.
Enunciatiua vero presentis est speculationis.

Deprecatiuam inquit 2 optatiuam: 2 vocatiuam: at
q; imperatiuam poetis atq; oratoribus relinquamus
Illis enim vel ad imitandos vel ad mouendos affe
ctus cetera orationis species assumuntur. Mos vero
philosophi quibus veritatis falsitatisq; discretio est
cure: de illa sola oratione tractamus in q; vtrumlibet
horum possit agnosci. In enuntiatione vero aut veri
tas inest aut falsitas: quocirca nos quoq; de enuncia
tione tractemus.

Est autem vna prima oratio enunciatiua affir
matio: deinde negatio: alie vero omnes coniu
ctione vne.

Enunciatiuarum orationum alie sunt per se vne: vt

est homo animal est: alie coniunctione vne: ut est si
homo est. animal est Homo est enim: 2 animal est:
due sunt: sed addita coniunctione que est si: vna red
ditur. Earum autem que vne sunt per se. Prima est
affirmatio: secunda negatio. Hoc enim tollit negatio
quod affirmatio ante constituit. Et hoc negatio diui
dit: quod illa coniunxit. Enunciatiuarum igitur ora
tionum earum que sunt per se vne: prima est affirma
tio: deinde negatio. Alie vō sunt non per se vne: sed
cum plures sint vniuersaliter: vne sunt coniunctione

Necessesse est autem omnem orationem enuncia
tiuam ex verbo esse vel casu verbi. Etenim homi
nis ratio: si non aut est. aut erit aut fuit: aut aliquid
huiusmodi addat. nondum est oratio enūtiatiua.

Aristotelis in greco tertus non habet ita: vt nos su
pra posuimus: sed hoc modo. Etenim hoīs si non aut
est: aut erit. aut fuit: et cetera. Subintelligenduz re
lligente philosopho: quod de ratioe diceret. i. de dif
finitione quam greci λὸ γὼν dicunt. Sed cum supra
de oratione tractasset que apud illos eodem modo
λὸ γὼν vocatur: dum de hoīs ratione id est defini
tione vellet dicere: quoniam non significat veruz vel
falsum: nisi ei aut est: aut fuit: addatur: communione
vocabuli vsus ad λὸ γὼν de quo superius tractabat
retulit: ut non orationem intelligeremus: sed potius
rationem. De qua re nūc illis satisfacim: si qui gre
ce orationis periti nos forte culpabunt. cur quod illic
non fuit nostre translationi adiceremus: Mos enī ad
faciliorem intellectuz latine orationi famulantes hec
apposuimus: quia de oratione loquentibus intellectus
ad rationem: nisi id esset adiectum: transferri non po
terat. Totum vō quod dicit tale esse: enūtiatiue ora
tiones si sunt simplices: has verba cōstituūt. Ex duo
bus enim nominibus solis enūtiatio non fit: ex nomi
ne at 2 verbo fit: vt ē hō viuit. fit quoq; ex solis ver
bis vt ē ābulare moueri ē. fit et ex casu vbi: vt socra
tes fuit. vel dies erit. Erat enim 2 fuit: verbi casus sūt
quocirca enūtiatiuam orationem simplicem sola maxime
verba constituūt. Eorumq; ponit exemplum: in quo
cum plura sunt nomina: nisi addito tñ vel bo in enun
tiationis proprietatem: 2 significatiuas non venit: vt
est definitio hoīs. (Rō enim hoīs est speciei hoīs de
finitio) Cui si non aut est: aut nō est: aut aliquid huius
modi addatur: enūtiatio esse non poterit. Ma; si qd
dicat asal ratioale mortale: nulla in eo adhuc falsitas
aut veritas intelligitur. Si vō additur est: vt sit ani
mal rationale mortale est: enūtiatio sine vlla dubi
tatione perficitur. Solum igitur verbum enūtiati
uam simplicem continet orationem.

Quare autem vnum quiddam est 2 non multa
animal gressibile bipes. neq; enim eo q; propique
dicuntur. vnum erit. Est autem alterius hoc tra
ctare negotii.

Cum de simplicibus atq; vnīs orationibus loquere
tur: definitionem hominis interposuit: de qua nunc
hoc dicit. Ita quidem interposita: est definitio ho
minis: tāq; si vna esset oratio. Cur aut vna sit oratio
nūc inquit dicere intermitterem? Neq; enī iccirco vna
cē putāda ē q; continue dicuntur 2 sibimet ppinque
animal gressibile bipes. Possis enim videri horum
cōtinua. 2 sub vna prolatoe dicta vnā facere enūcia
tionē: s; hoc aristoteles negat. Ma; nō iccirco vna ora
tio est q; ppinque 2 cōtinue dicit. Cur aut vna sit al
terius est hoc tractare negotii: 2 de eo disputat in
his libris:

bis libris: quos metaphisica inscripsit: quod est primi opus philosophi. Illis autem hoc in secunda editione monstrandum est.

Est autem una oratio enunciativa que unum significat vel coniunctione una. plures autem que plura et non unum vel inconiuncte.

Duplicem modum unarum multarumque orationum esse denunciat. Est namque una oratio vel cum unam rem significat vel cum coniunctione una est: ut est ea que dicit: animal rationale mortale homo est: hanc enim huius orationis sententiam nullus in multas significaciones deducere poterit: sed unum quoddam significat: et est preter coniunctionem. Alia vero oratio est una: que per coniunctionem una est: ut si dies est: lux est. Est ergo una oratio que vel unam rem significat: vel coniunctione iungitur. plures autem sunt: que plura significant: ut est canis movetur. Hanc enim potest et ad latrabilem et ad marinum et ad celestem auditor advertere: atque ideo quam plura significat: non est una oratio: sed plures. Sunt quoque orationes per se plures et numero et significatione: que nulla coniunctione copulantur: ut si quis dicat. sol est par erit. non est. celum voluitur. hec enim cum plura significant: nulla tamen coniunctione iunguntur: atque plures orationes id vocantur. In summa igitur orationum unarum: alie sunt significatione une: alie coniunctione. non unarum vero orationum alie sunt significatione plures: alie eo quod niam nulla coniunctione copulantur.

Nomen ergo et verbum dictio sit sola. quoniam non est dicere sic aliquid significantem voce enunciare: vel aliquo interrogante: vel non: sed ipso proferente.

Per hanc sententiam simplex dictio quid sit expedit. dicit enim verbum nomenque dictiones videri solus. non etiam affirmationes: atque huius sententie causam subnectit. Idcirco enim verba et nomina dictiones solus sunt quoniam cum dicta fuerint simplicia: siue aliquo proferente: vel sponte dicente: siue ad alterius interrogationem aliquo respondente neque verum ex his neque falsus valet intelligi. Si quis enim per se dicat socrates: vel rursus per se solum simplex ambulat: neque verum efficit neque falsum. Si vero aliquo interrogante: socratesne ambulat ille respondeat ambulat si huic ipsi verbo per se quisque vellet advertere: quod dixit ambulat: enunciatio nulla est: quod si cum superiore interrogatione coniungat: tunc ex interrogationis et responsionis coniunctione enunciatio nascitur: Sola enim nomen: vel verbum neque dicente aliquo: et sponte proferente: nec respondente potest quisque dicere: quam enunciatio facta est. Et sensus quidem huiusmodi est. Ordo autem verborum talis est. Nomen ergo et verbum dictio sit sola: quoniam sic aliquid significantes voce. id est nomen aut verbum simpliciter proferentem non est dicere enunciare. Non enim possumus dicere quod aliquid enunciet is: qui simplex nomen aut simplex protulit verbum: siue alio interrogante: vel non interrogante: sed ipso sponte proferente.

Harum autem hec quod est simplex est enunciatio. ut aliquid de aliquo. vel aliquid ab aliquo. Hec autem ex his coniuncta. velut oratio quedam iam composita.

Nunc quid oratio sit simplex compositaque declarat. est enim simplex oratio: que duobus terminis constat. Termini autem sunt nomina et verba: que in simplici propositione predicamus: ut in eo quod est: socrates disputat: socrates et disputat termini sunt. et qui minor ter-

minus in enunciatione proponitur: ut socrates: subiectus dicitur: et ponitur prior. Qui vero maior: predicatur: et locatur posterior. ut disputat. Quocumque propositio ex uno subiecto et ex uno predicato facta est: illa simplex enunciatio nuncupatur: atque hoc est quod ait. Harum autem id est enunciativarum simplex est enunciatio: ut aliquid de aliquo ut unum predicatum quod est aliquid de uno subiecto quod est de aliquo predicetur. Hoc autem pertinet ad affirmationem: ut aliquid de aliquo predices. Ad negationem vero: ut unum aliquid ab uno aliquo predicando disiungas: ut in eo quod est socrates nec disputat. disputare. unum terminum a socrate alio termino predicando disiungi. Alie vero sunt orationes enunciativae: que compositae nominantur. que ex simplicibus orationibus componuntur: ut est. si dies est: lux est. Dies est et lux est: due sunt simplices enunciativae orationes: idcirco quod binis terminis constant: ex duabus aut simplicibus orationibus tota hec oratio est. que dicit: si dies est: lux est hoc est enim quod ait. Hec autem ex his coniuncta. id est ex simplicibus orationibus enunciativis: velut oratio iam composita: quippe quare totum corpus ex his iungitur: quas simplices esse iam supra docui.

Est autem simplex enunciatio vox significativa. de eo quod est aliquid. vel non est. quemadmodum tempora diuisa sunt.

Dostque de compositis orationibus simplicibusque tractavit: diffinitionem enunciationis per affirmationes et negationem ingreditur: ait enim. enunciatio est vox significans affirmationem vel negationem: vel in preterito vel in presens: vel in futurum tempus. Quod enim dixit de eo quod est: ad affirmationem retulit: quod addidit: vel non est ad negationem quod vero secutus est quemadmodum tempora diuisa sunt ad singulorum temporum retulit rationes: siue enim aliquis sic dicat: socrates vivit. socrates non vivit: siue socrates vixit: socrates non vixit: vel sic socrates victurus est: socrates victurus non est: quam affirmatio est aut negatio. et quam quilibet ipsarum in aliquo temporum est: que diuiduntur in futurum: presens: ac preteritum: plenam retinet simplicis enunciationis naturam.

Affirmatio vero est enunciatio alicuius de aliquo. negatio vero enunciatio alicuius ab aliquo.

Ad affirmationis et negationis determinationem enunciationis nomen sumpsit. ut generis. est autem affirmatio quotiens aliquid de aliquo cum eo quod est esse predicamus ut cum dicimus homo animal est: animal de homine predicamus quotiens autem aliquid ab aliquo predicando disiungimus: negatio est: ut homo lapis non est. lapidem enim ab homine disiungimus qua re recta affirmationis et negationis facta est diffinitio.

Quoniam autem est enunciare. et quod est non esse et quod non est esse. et quod est esse. et quod non est non esse. et circa ea. que sunt extra presens tempora. similiter omne contingit quod quis affirmaverit negare. et quod quis negaverit affirmare. Quare manifestum est. quoniam omni affirmationi est negatio opposita et omni negationi affirmatio. Et sit hoc contradictio affirmatio et negatio opposite.

Nunc diuidit enunciativae: vel que de his fieri possunt rebus: que sunt: vel que de his que non sunt: siue in affirmatione: siue in negatione. Dicit enim quam est enunciare quod est non esse. ut si quis dicat nullus homo animal est. Hoc enim quod est: non esse proposuit. Hec est falsa negatio. Secunda et quod non est esse: ut si quis dicat omni-

In librum de interpretatione editio prima

lapis aial est: quod enim non est esse constituit. et hec est falsa affirmatio. Tertia: et quod est esse: ut si quis dicat ois homo aial est. Quod enim est esse confirmat: et hec est affirmatio vera. Quarta: et quod non est non esse: ut si quis dicat nullus lapis aial est. Quod enim non est non esse proposuit: et hec est vera negatio. Et non solum hoc in presenti tempore: sed circa ea quoque que preter presens sunt tempora. Hoc autem tantum valet: ac si diceret: hoc non modo in presenti tempore ita enunciari potest: ut sit et vera et falsa negatio: et rursus vera falsaque affirmatio. sed etiam in preteritum et futurum: que extra presens tempora sunt. Similiter enim omne contingit quod affirmatur. negare: et quod negatur ab alio: alium rursus affirmare. Quod si ois veritati falsitas opponitur ois etiam falsitati veritas. et autem et affirmationis et negationis falsa proferre: constat quod ois negationi affirmatio. et ois affirmationi negatio opponitur. Hic ergo quid sit quod dicitur contra dictio declaratur. Est enim contradictio affirmatiouis et negationis oppositio. Cum enim quis affirmat. quod alius negat: ipsa utrarumque propositionum pugna contradictio notatur. Atque hoc est quod ait. Et sit hoc contradictio affirmatio et negatio opposita. Cum enim affirmatio negationi opponitur: contradictio est. Sed que sit affirmatio opposita negationi: aut que sit hanc propositionum oppositio: in sequentibus patet. Necque enim quilibet negatio cuiuslibet affirmatioui opposita est: sed tamen hec quas in sequentibus ipse determinat. quocirca erit contradictio affirmatio et negatio opposite. que sint autem opposite. Sequens expositionis ordo conterit.

Dico autem opponi eiusdem de eodem: Non autem equivoce: et quecumque cetera talium determinauimus contra sophisticas importunitates.

Fieri tunc oppositionem in affirmationibus negationibusque demonstrat. Cum idem subiectum idemque predicatum in negatione sit: quod quilibet in affirmatione proposuit. ois enim semper si opposita est affirmatio negationi: unam esse veram: alteram falsam. Quod si utreeque false sunt: aut utreeque vere non sunt opposite. Necque enim se perimunt. Si autem una sit falsa: alia vera tunc vera perimit falsam. Et si alia fuerit vera: alia mox a veritate discedit. Quod si in qualibet affirmatione aut subiectum: aut predicatum fuerit equiuocum non sunt opposite. Si quis enim dicat: alexander helenam rapuit. quoniam alexandri nomen equiuocum est: potest utrumque esse verum et negatio si de alexandro magno loquitur: et affirmatio si de alexandro troiano proponat. Quare non sunt hec opposite. Illas autem esse dicit oppositas: quecumque eiusdem predicati habent oppositionem de eodem subiecto: ut ibi nulla equiuocatio diuersitatis causa sit. hoc enim est quod ait. Dico autem opponi eiusdem de eodem. Non autem equivoce: ut eiusdem predicati sit oppositio in negatione: que fuit in affirmatioue. Et de eo sibi fiat negatio de quo ante facta est affirmatio. Sed diligentius hec in libro quem sophisticum elenchum inscribit edisserit. illic enim sophisticarum: quos fallaces argumentatores latine possumus dicere: qui per huiusmodi propositiones que verum inter se falsumque non diuidunt: mendaces colligunt syllogismos: argumenta distinxerunt. quibus capere respondentem atque innectere consueuerunt. Ergo nunc hoc dicit etiam illa esse obseruanda: que contra argumentatorum importunitatem determinata sunt. Que vero sunt illa dicenda a me secunde editionis textus expectet.

Quoniam autem sunt hec quidem rerum vniuersalia illa. vero singularia. Dico autem vniuersale: quod in pluribus natum est predicari. singulare vero quod non. ut homo quidem vniuersale. plato vero eorum que sunt singularia.

Omnis propositio quemadmodum fiat ostendit. Secundum enim res que significantur: propositionis natura perspicitur. Verum autem alia sunt vniuersalia: alia particularia. vniuersale est quod de pluribus predicatur: ut homo de pluribus dicitur: et est vniuersale. Singulare vero est: ut quelibet res indiuidua: cuius nulla predicatio ad sibi met subiecta pueniat: ut plato vel socrates. horum autem naturam docet exemplis. ait enim Ut homo quidem vniuersale. Plato vero eorum que sunt singularia. Nam si hoc est vniuersale quod de pluribus predicatur: homo vniuersale est de pluribus enim indiuiduis dicitur. Quod si hoc rursus est singulare: quod de nullo alio predicatur: plato singularis est. Indiuidua namque de nullis aliis predicantur. Quoniam ergo sunt quedam rerum vniuersalia. Alia vero singularia: manifestum est: quoniam ois affirmatio aut negatio per hec constituitur.

Necessesse est autem enunciare. quoniam inest aliquid aut non. Aliquotiens quidem eorum alicui: que sunt vniuersalia. aliquotiens autem eorum. que sunt singularia.


Omnis namque propositio aut singulare habet: aut vniuersale subiectum: siue affirmatioue annuat: siue abnuat negatioue. Si quis enim dicat homo aial est. homo aial si est: vniuersale rem idest hominem animal aut esse aut non esse proposuit. atque hoc est quod ait necesse est autem enunciare quod inest aliquid aut non. aliquotiens quidem eorum alicui que sunt vniuersalia. Non enim: cum sit vniuersale. aial illi se esse affirmatio posuit. Que dixit: homo aial est. et non inesse negatio. que ait. homo aial non est: Si vero aliquis sic dicat. Socrates disputat socrates non disputat alicui eorum que sunt singularia esse et non esse coniunxit. Et hoc est quod ait. Aliquotiens autem eorum que sunt singularia. Nam cum socrates singulare quedam sit: disputatio ei ab affirmatioue iuncta est: sed a negatioue se iuncta.

Si ergo vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniam est aut non. etiam contrarie enunciationes. Dico autem in vniuersali enunciationem vniuersalem. ut omnis homo albus est: nullus homo albus est. Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter. non sunt contrarie que autem significantur esse esse aliquando contraria.


Omnis affirmatio omnisque negatio aut vniuersalis est aut particularis: aut indefinita: vniuersalis est affirmatio: ut si quis dicat ois homo animal est. Cum sit enim vniuersale subiectum homo (de multis enim predicari alijs potest vniuersaliter predicatum est. Diximus enim ois homo aial est. Nec solum homines: quod est vniuersale posuimus: sed etiam omne et vniuersale: idest omne adiecimus vniuersali. idest homini. et hec est affirmatio vniuersalis. si vero dicat aliquis. nullus homo animal est. Rursus homini vniuersali rei determinationem vniuersales id quod dicitur nullum adiecit. Siue ergo in affirmatioue: siue in negatioue: si eas vniuersaliter aliquis proferat: vniuersale in vniuersali quotiens ita dicit. Non animal est: homo aial non est. Cum enim homo sit res vniuersalis: nulla adiectio vniuersalitatis: que est nullus: aut ois: affirmatiouem vel negationem fecit. Quocirca repetendum est affirmatio

matio vniuersalis est: in qua vniuersale vniuersaliter predicatur affirmatiue: et negatio vniuersalis: in qua rursus vniuersale vniuersaliter predicatur negatiue: et hec vniuersali contrarie sunt. fieri enim non potest vbi vera est affirmatio vniuersalis: illic vniuersalis negatio vera sit et contrario. fieri tamen potest: ut vtrique inueniri false possint: ut omnis homo iustus est. nullus homo iustus est. hic enim vtrique sunt false et vna quidem vera: altera falsa reperiatur: ut in eo quod est: omnis homo animal est: nullus homo animal est. vna vera est. altera falsa: ut vobis vtrique vere sint: fieri non potest. quocirca quoniam vtrique false inueniuntur. opposite non sunt. sed sunt contrarie. cur autem contrarie dicantur: alio loco nobis dicendum est.

Particulares vero propositiones sunt huiusmodi: quidam homo animal est. hec dicitur subalterna affirmatio enim particularis sub affirmatione vniuersali subalterna est. Rursus eodem modo particularis negatio sub vniuersali negatione subalterna est. Sed hec ut vtrique vere sint: ut vna vera alia falsa: fieri potest ut vtrique false sint: non potest inueniri ut in eo quod est quidam homo iustus est. quidam homo iustus non est vtrique sunt vere. Cum vero dicimus quidam homo animal est. quidam homo animal non est. vna vera est: altera falsa. et dicuntur affirmatio et negatio particulares subcontrarie. Quare nec iste vocantur opposite. Idcirco quod vtrique vere inueniuntur interdum. sit autem harum talis descriptio.



Ergo neque superiores v̄les: neque inferiores particulares opposite sunt. Idcirco quod inferiores quidem vtrique vere: superiores vtrique false esse possunt. sunt autem opposite: contradictione (ut ipse ait) si quis aspiciat angulares: ut affirmationem v̄lem particulari comparet negationi: ut est: omnis homo iustus est: quidam homo iustus non est. hec enim neque vere possunt inueniri: neque false. sed in omnibus vna vera est: altera falsa. Et rursus si v̄lis negatio particulari affirmatiōi comparetur: reperiuntur opposite: ut est: nullus homo iustus est. quidam homo iustus est. Semp̄ enim vna vera est altera falsa. Et hoc in quibuslibet terminis si despereris. oīo si discrepabit. Sit autem plenissima hoc modo descriptio.



Sunt ergo determinationes vniuersalium quidem omnis et nullus: particularium vero quidam. Ille autem propositiones: que neque vniuersale habent additum neque particulare indefinite vocantur: et particularibus similes sunt: ut est: homo iustus est. homo iustus non est. Possunt enim vtrique esse vere: ut in hoc ipso exemplo. quod dicimus. et potest vna esse vera: altera falsa ut homo animal est: homo animal non est: vtrique vero ut false sint. non potest inueniri. et hec (ut dictum est) vocantur indefinite. Preter has autem omnes singulares sunt: in quibus contradictio potest euenire: ut in eo quod est. Socrates animal est. Socrates animal non est. Socrates iustus est. Socrates iustus non est. Nam si nulla eas equiuocatio vel predicati: vel subiecti: vel alterius temporis: vel aliquid eorum: que singulas determinat: impediatur: semper vna vera est: altera falsa. Quare quoniam de omnibus in commune speculati sumus: et quid queque esset quantum breuitas patiebatur: expressimus. ad textum nunc quoniam tempus est reuertamur. Si ergo inquit vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniam est aut non erunt contrarie enunciationes: vniuersaliter enim enunciat aliquis in vniuersali. quotiens vniuersalem affirmationem: aut vniuersalem fecerit negationem. Cum enim dicit omnis homo animal est. vniuersalem hominem vniuersaliter enunciauit per id quod addidit omnis. quod si rursus dicat. nullus homo animal est. eodem modo vniuersalem hominem vniuersaliter enunciat per id quod ait nullus. et sunt contrarie. Quas autem dicat esse contrarias: subiecto declarat exemplo. Dico autem in vniuersali enunciationem vniuersalem ut omnis homo albus est: nullus homo albus est. vna siquidem affirmatio vniuersalis: altera negatio vniuersalis: quas contrarias esse supra in descriptione docuimus. Quando autem in vniuersalibus non vniuersaliter: non sunt contrarie. Quotiens autem inquit indefinite sunt propositiones: et vniuersaliter vniuersale non proponitur: contrarie non sunt. ea enim affirmatio que dicit: homo iustus est: et que dicit: homo iustus non est: contraria non est. Possunt enim vtrique simul esse vere et in eodem idest homine: quod in contrariis fieri impossibile est. Quod vero addidit. que autem significantur est esse contraria tale est. Ipse quidem propositiones contrarie non sunt: Significant tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat homo albus est. et alius negat homo albus non est ipse quidem contrarie non sunt. Quod autem dicitur homo albus non est. potest quiddam significare contrarium. Nam designat hoc quod dicitur: homo albus non est: et rubri coloris esse et pallidi et fusci: designat etiam nigri: quod est albo contrarium. potest igitur id quod non est album. esse nigrum. Ergo quaquam ipse contrarie non sunt: tamen potest aliquando quidam significare contrarium. Priori affirmationi: ut in eo quod diximus. Nam si id quod dicitur: non est homo albus: nigrum esse designat: quoniam is qui niger est albus non est. Contrarie quidem propositiones non sunt quoniam possunt esse vtrique vere: Que autem significantur: interdum contraria reperiuntur. que autem sunt huiusmodi propositiones exemplo subiunctione monstrabit.

Dico autem non vniuersaliter enunciare in his que sunt vniuersalia ut est albus homo non est albus homo.

Et quid dicat esse vniuersale non vniuersaliter predicare: planissime demonstrat dicens.

In librum de interpretatione editio prima

Cum enim vniuersale sit homo. non vniuersaliter vtitur enunciatione. Omnis namq; non vniuersale significat. sed quoniam vniuersaliter.

Cum id quod dicitur omnis illud ad quod predicatur colligit: atq; in unum corpus adducit: ut cum dicitur omnis homo iustus est: nullum excipit hominem. Sed totam colligit humanitatem: et fit de re vniuersali homine predicatio vniuersalis: cum dicimus omnis homo: Nam cum sit vniuersale homo: huic vniuersali vniuersalitate consignificat id quod additur omnis. et res vniuersalis vniuersaliter predicatur.

In eo vero quod vniuersale predicatur. id quod est vniuersaliter predicare. non est verum.

Hac nos sententia quem ad locum vniuersalitatis determinationem recte ponamus instituit. Docet enim semper istam vniuersalitatem: quam determinationem vniuersalem vocamus: ad subiectum poni debere terminum: numquam ad predicatum. Si quis enim sic dicat: omnis homo animal est. Recte dixerit omnis ad subiectum id est ad hominem ponens. Quod si sic dicat. omnis homo omne animal est. falsum dixerit. Ergo hoc non dicit: in eo vero quod vniuersale predicatur: vt animal de homine. Animal enim vniuersale est. De omni enim homine predicatur. non est verum. Hoc ipsum vniuersale. quod est animal: vniuersaliter predicare vt dicatur omne animal esse hominem. nec solum in his: Sed in nulla recte fieri affirmatione concedit: ait enim.

Nulla enim affirmatio vera erit. in qua de vniuersaliter predicato vniuersale predicetur vt omnis homo est omne animal

Hoc autem cur eueniat: paucis ostendam. Predicatum semper maius est subiecto: vel equum maius fit: vt cum dico. homo animal est. Animal predicatur homo subicitur. Sed maius est animal homine. De pluribus enim quam ipse homo predicatur. Rursus equale est: cum sic dicimus. homo risibilis est. homo subiectum est. risibile predicatum. Sed homo atq; risibile equalia sunt. proprium namq; est hominis: quod est risibile. vt autem minus predicatum inueniatur. quam subiectum: fieri non potest. Sive ergo maius sit predicatum: falsum est vniuersale adicere predicato: ut in eo quod ipse posuit: exemplo. Omnis homo omne animal est. sive equalia sit. superfluum est: si quis sic dicat: omnis homo omne risibile est. quare vniuersale predicatum predicare vniuersaliter non oportet.

Opponi autem affirmationem negationi contradictorie: que vniuersale significat eidem quoniam non vniuersaliter: vt omnis homo albus est: non omnis homo albus est: nullus homo albus est quidam homo albus est.

Quid sit proprie contradictio: consequenter exponit. ait enim opponi contradictorie propositiones: quotiens vniuersalem affirmationem particularis abnuat negatio: et quotiens vniuersalem negationem particularis affirmatio astruxerit. Cum enim omnis homo albus est dicitur: illa negatio que dicit non omnis homo albus est: de eodem homine vniuersaliter tollit. quod vniuersaliter affirmatio constituerat. Illa enim omnem hominem esse album ponit. Ista dicit non omnem: tamquam si concedat aliquem: sed ei tantum auferat vniuersalem. Hoc est enim quod ait que vniuersale significat eidem. quoniam non vni-

uersaliter. Nam sicut vniuersale significat affirmatio dicens hominem. ita quoque negatio vniuersale significat. habet enim et ipsa hominem: Sed idem ipsum vniuersale docet non esse vniuersaliter. id est non omne esse album: quod affirmatio esse vniuersaliter posuerat: omnem hominem esse album proponens. Eodem modo etiam in negatione. quas nos supra angulares posuimus: et contradictorias in descriptione. Hic nunc easdem oppositas contradictorie: vocat. Quod autem vniuersali affirmationi: que est omnis homo albus est: particularem negationem opposuit que est non omnis homo albus est: tantundem est tamquam si diceret: quidam homo albus non est. Nam si non omnis homo albus est: quidam homo albus non est.

Contrarie vero vniuersalem affirmationem et vniuersalem negationem. vt omnis homo iustus est nullus homo iustus est. Quocirca has quidem impossibile est simul esse veras. His vero oppositas contingit aliquando in eodem. vt non omnis homo albus est. et quidam homo albus est.

Planissime omnes exequitur. dicit contrarias vniuersalem affirmationem: et vniuersalem negationem. Has enim nos quoque supra descripsimus. Hic vero easdem contrarie demonstrat opponi. Illud quoque addidit. quod eas impossibile sit in eodem veras aliquando cognosci. Nam sicut contrariorum natura in eodem non potest inueniri. neque enim vno eodemque tempore aliquid nigrum est atque album. sic quoque nec contrarie vt utraq; simul sint vere fieri potest. Quod autem adiecit. His vero oppositas contingit in eodem particularem affirmationem: et particularem negationem designat. Particularis namque affirmatio vniuersali negationi opposita est contradictorie. particularis vero negatio vniuersali affirmationi. Contrariarum igitur opposite possunt in eodem vere aliquotiens inueniri: vel particularis affirmatio et particularis negatio vere ut sint aliquotiens fieri potest. vt est quidam homo albus est: quidam homo albus non est utraq; sunt vere.

Quecumque igitur contradictiones vniuersaliter sunt vniuersaliter. necesse est alteram esse veram vel falsam. et quecumque in singularibus sunt. vt socrates albus. non est socrates albus.

De contradictorie oppositis loquitur: et de singularibus propositionibus: quod vna semper vera: falsam semper altera necesse est inueniri. Hoc enim dicitur contradictiones inquit eorum: que sunt vniuersalium vniuersaliter: vna semper vera est: altera falsa. Aliis autem vniuersaliter sunt contradictiones vniuersalium particulariter predicato. Nam affirmatio vniuersalis vel negatio vniuersaliter predicant horum contradictorie particulares affirmationes vel negationes sunt: si sibi angulariter comparantur. Harum igitur contradictionum: que sunt vniuersalium vniuersaliter predicato: vna semper vera est: semper falsa altera reperitur. In singularibus quoque idem est. Nam si nulla. vt dicitur est varietas equocationis impedit. idemque sit predicatum. idemque subiectum: ad vnum idemque tempus: ad vnam eandemque partem ad vnum idemque relatum: vno atque eodem modo: vna semper vera est: altera falsa: et vitat iter se necesse est: et mendacii primum.

Quecumque autem vniuersalibus non vniuersaliter: non semper hec quidem vera est: illa vero falsa.

Que vero sunt inquit indefinite: vt neque vniuersaliter habeant.

babeant: neque particularem determinationem: quod tacuit: non semper una vera est: altera falsa: sed utreque interdum inveniuntur vere. In universalibus autem non universaliter predicatur aliquid hoc modo homo albus est: homo albus non est. in quo uno eodemque tempore utraque veras esse contingit. Hic enim si cum universaliter sit homo: non universaliter predicatum est nomen. At vero nec particulariter. Neque enim quidam: aut nullus: aut omnis adiectum est. docet autem huiusmodi propositiones non inter se diuidere veritatem atque mendacium hoc modo.

Simul enim verum est dicere: quoniam est homo albus: et non est homo albus. et est homo pulcher. et non est homo pulcher. Si enim fedus. et non pulcher. et si sit. aliquid. et non est.

Documentum est huiusmodi dictum indefinitas affirmationem: negationemque veras utraque posse inuenire. verum enim dicere est. Est homo albus: et non est homo albus: huius autem rei probatio est. nam si verum est dicere. est homo niger: et est homo albus simul uno eodemque tempore. Qui autem niger est: albus non est. verum est dicere uno eodemque tempore. quoniam est homo albus: et non est homo albus.

Rursum si verum est dicere: quoniam est homo pulcher: et est homo fedus uno eodemque tempore. Qui autem fedus est: pulcher non est verum autem dicere hominem esse pulchrum et hominem esse fedum: uno eodemque tempore manifestum est. Cum enim achilles esset pulcher: erat clodius thesides fedus.

Rursum si verum est dicere esse hominem album: et rursum eodem tempore fieri hominem album. Nec hoc ulla contrarietas vetat: ut sit homo albus: et rursum fiat homo albus. sed qui sit albus: nondum albus est. verum est dicere igitur quoniam est homo albus et non est homo albus. Hoc est enim quod ait et si sit aliquid: et non est. cum enim sit non est. sed potest dici quoniam est homo albus: et sit homo albus ut utrumque vere dicatur. Potest igitur vere utrumque dici. Et est homo albus: et non est homo albus.

Videbitur autem subito inconueniens esse. Idcirco quoniam videtur significare non est homo albus. simul etiam quoniam nemo homo albus. Hoc autem neque idem significat. neque sit necessario.

Tacite hominum dubitationi respondit. Quod enim dicimus: est albus homo: et non est albus homo utrumque verum esse: videtur aliquotiens inconueniens esse. Si enim verum est dicere: est albus homo quemadmodum fieri potest: ut verum sit dicere: non est albus homo. Hoc autem videtur idcirco quoniam apparet quibusdam id quod dicimus non est homo albus: hoc significare: tanquam si dicamus nullus homo albus est. sed hoc verum non est. Neque enim idem est dicere: non est albus homo: et nullus homo albus est. Et quamquam cum dicimus nullus homo albus est: simul significamus: quoniam non est homo albus non tamen ex necessitate idem utraque significat. Cum enim dicimus: non est homo albus simul nos dicere: quoniam nullus homo albus est: non oportet intelligi. neque enim semper simul est: non est homo albus: et nullus homo albus est. Nam aliquotiens simul est scilicet cum prius dicitur universalis negatio. Cum vero indefinita dicitur prius: non est simul negatio universalis negationi indefinite. Nam si dicam nullus homo albus

est: simul dixi: quoniam homo albus non est. Quod si dicam: homo albus non est: non est simul dicta negatio universalis: que est nullus homo albus est: quoniam potest quidam esse non albus: de quo dicat homo albus non est: neque tamen omnia esse non albus. Non igitur simul necessario sunt: non est homo albus: et nullus homo albus est.

Manifestum est autem. quoniam una negatio unius affirmationis est. Hoc enim idem oportet negare negationem. quod affirmavit affirmatio. et de eodem. vel de aliquo singulari. vel de aliquo universalium. vel universaliter: vel non universaliter.

Hoc quoque argumentum est negationem indefinitam et universalem idem non significare: et eas a se esse diuersas. Nam si unius affirmationis una negatio: est contra eam que dicit: non est homo albus: illa est affirmatio. que dicit est homo albus. Et contra eam que dicit nullus homo albus: illa affirmatio est que dicit quidam homo albus est. sed hee affirmationes diuersae sunt id est est homo albus: et quidam homo albus est diuersae igitur ille quoque sunt: que bis proportionaliter opponuntur. Diuersa igitur est negatio que dicit: nullus homo albus est. et ea que dicit: non est homo albus.

Docet autem nos unius affirmationis unam esse negationem: idque hac ratione demonstrat. Oportet enim idem predicatum negare negationem: quod predicauerit affirmatio: et rursum de eodem subiecto auferre predicatum negationem oportet: ad quod affirmatio ante coniuxerat.

Quod si sit: dubium non est unius esse affirmationis unam negationem. siue autem hoc in universalibus fiat siue universaliter predicatis: siue indefinitis: et non universaliter: siue in singularibus: una eademque propositio natura est: ut unius affirmationis sit tantum naturaliter una negatio. Hoc autem inductione probat.

Dico autem ut est socrates albus. non est socrates albus. In hac enim propositione idem subiectum est: idem predicatum: et in medio exemplorum subiecit.

Si autem aliud aliquid. vel de alio idem. non opposita. sed erit ab ea diuersa.

Sensus huiusmodi est. si autem aliud aliquid predicauerit negatio: quam affirmatio predicauit: vel de alio subiecto idem negatio predicauerit: quod in affirmationibus inerat predicatum: non sunt sibi oppositae: sed a se tamen diuersae sunt. Siquis enim dicat: socrates disputat: et alius respondet: socrates non ambulat: diuersum predicatum est: et diuersae sunt propositiones et non oppositae. et hoc est quod dixit. Si autem aliud aliquid. Aliud enim predicauit negatio: quam affirmatio predicauerat. Quod si quis sic dicat. socrates disputat: aliusque respondeat plato non disputat: de alio subiecto idem predicauit: et sunt a se diuersae propositiones: et non oppositae. Et erit id quod ait vel de alio idem. Quod si utraque sit diuersa: multo magis diuersae propositiones sunt. quibus positae ad opposita rursum exempla contendit: et unius affirmatioui unam enunciationem negationis opponit: angularibus angularibus affirmatiuis negatiuis: partibus ularibus universalibus: indefinitis indefinitas opponens et comparans.

Quic vero que est omnis homo albus est. illa. que est non omnis homo albus est. Illi autem que est. aliquid homo albus est illa que est. nullus homo albus est. Illi autem que est homo albus est. illa que est homo albus non est.

Et post hec concludit sententiam dicens.

Quoniam quod igitur una affirmatio unius negationi opponitur contradictorie. et que sunt hee di.

In librum de interpretatione editio prima

ctum est. Et quoniam alie cōtrarie. z que sūt he dictum est. z quoniam non omnis vera vel falsa cōtradictio. z quare. z quando vera vel falsa.

Reuoluit quoqz breuiter: qm̄ alie sunt h̄ie alie h̄dictorie dicitqz se que sint he diligētius in superiore disputatiōe mōstrasse. Illud quoqz nō oēs esse verā vel falsa affirmatiōis z negatiōis oppositiōē: quā nūc cōiter z iproprie h̄traditiōē vocat. Et qm̄ non sit vere vel false: vel cur: se exposuisse cōmemorat.

Una autē affirmatiō z negatiō est: que vnum de vno significat: vel cum sit vniuersale vniuersaliter vel non similiter. vt omnis homo albus est: non oīs homo albus est: est homo albus. non est homo albus: nullus hō alb⁹ ē quidā homo albus est.

Quid sit vna affirmatiō z supra iā diximus: z nunc quoqz idem docere non piget. Cum idem aristoteles reuoluerit vna enī affirmatiō est. que vnā rē de vna significat. i. que huiusmodi habet p̄dicatū. z huiusmodi subiectū: vt vtrūqz singula significet. Illam si vnū aliquid significet p̄dicatū simplex atqz vnum ē. Qd si rursus vnū aliquid significet subiectū: z nō plura: simplex rursus est atqz vnū. Quocirca si vnum predicatū de vno erit subiecto: vtraqz singula significabūt z non plura. Eoqz sit: vt nō sit multiplex propositionis significatiō: z que vnū significet: vna sit. Idē autē oīs esse etiā in vniuersalibus vniuersaliter p̄dicatis: z in particularibus: quas vniuersalibus opponi necesse ē. quorum etiā subdit exempla. Dicit enī vnā esse propositionē. Oīs hō albus est. z si rursus oppositā vnā esse. non est omnis homo albus.

Si album vnum significat. Si vero duobus vnū nomē positum est: ex quibus non est vnum: nō ē vna affirmatiō: neqz vna negatiō.

Si albū iquit vnū significat. quod si plura designat non est vna affirmatiō: nec vna negatiō. Hoc autē z i subiecto cōnēit custodire. s. vt subiecti quoqz simplex significatiō seruetur. Docet autē non esse vnā propositionē: si p̄dicatum vel quodlibet in propositione verbum multa significat hoc modo. Sin vero duobus vnū nomē est positū ex quibus non est vnū: non est vna affirmatiō: neqz negatiō sunt quedā res que plura quidē significant: ex quibus oīs iunctis vnū quidā valet effici. hōis quidē nomen significat animal: significat mortale: rationale quoqz designat: sed hec iuncta vnū quidā efficiūt: quod est aīal rōnale mortale. Hec nāqz oīa vnū hominē cōplent. Sunt quoqz alia: que duas vel plures huiusmodi res designant ex qb⁹ iunctis vnū aliquid eē nō posset: vt liber. Dicitur nāqz z dionisius liber: dicit liber z ingenuus. sed ingenuus z dionisius iuncti nihil efficiūt. qre si quid tale sit iqt aut subiectū aut p̄dicatuz: qd plura significet ex quibus vnum aliquid esse non possit: nō est illa vna affirmatiō: neqz vna negatiō. Et hoc ficticij exempli ratione confirmat.

At si qs ponat hoc nomen tunica hōi z equo qm̄ tunica est alba. hec non est vna affirmatiō. nec vna negatiō. Nihil enim differt hoc q̄ dicere. quoniā ē homo z equus albus. Hoc autem nihil differt. q̄ dicere. est homo albus. z est equus albus.

Dicat enī inquit equ⁹ z hō tunica. Et habeāt verbi gratia hoc nomē: si quis dicit. est tunica alba: qm̄ tunica equū atqz hōiem designat. videt dicere qm̄ est

equus z hō albus. sed hoc tale est: tanqz siqs dicat. ē equus albus z est hō albus. Sed hec sunt due ppositiōes: z non vna duplex igit illa quoqz ppositiō est: est hō z equus albus. quare duplex illa quoqz que dicit: est tunica alba. Et enī subiecti huius. i. tunice duplex significatiō: ppositiōes fecit esse duplices. Qd si quis dicat vnū quiddā significare est tunica alba. qz significat. Est hō z equus albus. impossibile est. Neqz enī ex hōie z equo quiddā vnū sit: vt hec ppositiō vnū aliquid designet. quare z hec ppositiō multa significat: aut si non multa: nihil oīno designat. Nihil. n. est hō equ⁹: vt sit dicatur atqz itelligat. hoc ē enī quod ait.

Si ergo he multa significant. z sunt plures. manifestum est: quoniam z p̄ia multa vel nihil significat. neqz enim est aliquis homo equus.

Si ergo he multa significant z sunt plures. manifestus est. qd z p̄ia idest ea que dicit. est tunica alba. m̄ta vel nihil significat. Nihil autē iccirco: qm̄ si nō m̄ta designet ppositiō cuius qlibet terminus equocus est: cū illa que noīe equiuoco significantur: iuncta fuerint: neqz in vnam substantiā cōuenerint talis iuncture: que res sibimet incōteras copulat: nō erit vllus intellectus: vt in ea que est. tunica alba ē aliter esse vna nō potest. si tunica equū hōiemqz significet: nisi equ⁹ atqz hō iuncti vnū aliquid efficiant. sed hi termi tales sunt: vt necesse sit hanc ppositiōē vel multiplicē eē: vel nihil significare: nā si iungant hō z equus: sit nihil. Nihil enī est hō equus: qd p hoc mōstrauit quod ait. Neqz. n. ē aliquis hō equ⁹. hoc at cur nūc ab ipō ppositū sit: lucidissime demōstrauit. cū. n. de his ppositiōibus loqueret: que vey inter se falsumqz diuiderent: hoc addidit. Qd ē he que hnt vel p̄dicatum equiuocū vel subiectū: vey falsumqz nō diuidūt vrey enī vere eē possunt: vt he que dicūt. ē liber homo si ad ingenuitatem referas. z nō est liber homo: si ad dionisiū. Recte igitur dictum est.

Quare nec in his necesse est hanc quidem cōtradictionē verā esse. illam vero falsam.

Cū enī multa significat: m̄tplex significatiō i negatiōe: atqz affirmatiōe seinuicē nō p̄mit. quod si vna sit affirmatiō: z vna negatiō: qm̄ vtrēqz in eodē eē si possunt vnam verā semp falsam alterā necesse est eē

In his ergo que sunt. z facta sunt: necesse est affirmationem vel negationem veram esse vel falsam. In vniuersalibus quidem vniuersaliter sp̄ hāc verā illā vō falsam esse. z in his que sunt singularia quemadmodum dictum est. In his vō que i vniuersalibus non vniuersaliter dicuntur. non est necesse. dictum est autem z de his.

In presentibus rebus z in preteritis factas h̄dictorie enunciationes: dicit definite vnam semper verā alteram definite semper esse mendacem: vt si quis dicat. omnes fabri perierunt: qui ad pugnas contra venientes priuata conspiratione progressi sunt. Hoc si negetur sic non omnes fabri perierunt: qui ad pugnas contra venientes priuata conspiratione progressi sunt. Necesse est quidem vnam veram: vnam esse falsam. sed definite vera affirmatiō ē: definite falsa negatiō. Cum enim id quod factū est: dicitur factum: definite verum est quod si id factum denegetur. falsus definite est. siue ergo in vniuersalibus vniuersaliter p̄dicatis cōtradictio p oppositiōē p̄ticularitatis fiat siue i singularib⁹: ut i socrate z in ceteris idiuiduis i

bis que sūt p̄terita: semp vna vera ē: altera falsa: vt in eo qd̄ ē. socrates veneno pempt⁹ ē. socrates veneno pempt⁹ nō ē vera. ē affirmatio definite: ⁊ ita rursus falsa negatio. in p̄sentib⁹ quoq; idē necesse ē esse. Si enī disputāte socrate. dicat aliq; socrates disputat. ⁊ hoc ali⁹ neget. sicut disputare socratē p̄ntis t̄pis rōne definitū ē. ita quoq; definite affirmatio retiet veritatem: negatio definite mēdatiū. Et i vniuersalibus qd̄ vel affirmatiuis vel negatiuis. in qbus vel affirmatio particularis: vel negatio particularis opponit idē est. Hoc est enī quod ait. In bis que sunt: ⁊ que facta sunt. i. in p̄ntib⁹ atq; in p̄teritis vna semp definite vera est: semp altera falsa definite: siue vniuersalis sit vna altera particularis. Qd̄ p hoc monstrat qd̄ ait.

In vniuersalibus quidē vniuersaliter semp hanc verā. illā vero falsam. siue in singularib⁹ atq; indiuiduis predicamētis Qd̄ per hoc designat qd̄ addidit. ⁊ in bis que sūt singularia. sed postq; dixit de cōtradictorijs: adiecit: in bis autē que indefinite sunt: nō necesse ē semper hanc quidē veram: illā vō esse mendacē. Hoc. s. designās qd̄ ait. In bis vero que in vniuersalib⁹ nō vniuersaliter dicūt: nō est necesse in bis vnā verā: alterā falsā pponi. pōt enī fieri: vt vtręq; sint vere que fuerit indefinite.

In singularibus vō ⁊ futuris non similiter.

Propositionū alie sunt tantū inesse significātes: vt si qs socrate viuo dixisset. socrates calu⁹ ē ali⁹ negaret socrates caluus non est. Illa. n. inesse posuit socrati. caluiciē: illa caluiciē a socrate disunxit. alie vō sūt necessarie: vt si qs dicat: necesse ē solē ām̄ oib⁹ i arietē rursus redire. Rē nāq; necessariā ⁊ ex necessitate eueniēte predicās totā fecit necessariā ppositionē. Alie autē sunt cōtingētes. que cū nō sint: eas tamen in futurū euenire possibile est. vt si quis dicat. hodie alexander pransurus est. hodie alexander pransurus nō est. sūt enī cū ista dicant: qm̄ illi adhuc prandere nō inest in esse tñ cōtingit: ⁊ pōt fieri: vt hodie prandeat: iccirco dicimus eas cōtingētes. cōtingit enī fieri: qd̄ adhuc nondū factū est. Sed he non isunt quidē: vt dictū ē. Sunt. n. futuri tēporis que aut nō insunt. si iesse p̄nt. necessarie nō sūt: qm̄ huiusmodi retinent naturā. vt eas ⁊ eē: ⁊ nō eē possibile sit. potest. n. fieri: vt hodie alexander prandeat. ⁊ rursus potest fieri vt hodie non prandeat. Et hanc eueniendi vel non eueniendi possibilitatem vtrūlibet vocamus. In huiusmodi enī rebus vtrūlibet cōtingit aut affirmatio: aut negatio: ⁊ nō est necesse aut affirmationē fieri aut negationē.

Mā cū non sit affirmatio necessaria: non interclusum est contingere negationē. Rursus cū negatio necessaria non sit: interdū accidit: vt affirmatio p̄tigat. Quare bec hōi eueniēdi vel nō eueniēdi potētia vtrūlibet vocat. Quod in his vtrūlibet. i. vel affirmatiōes vel negationes euenire concedit. Illuc ergo aristoteles hoc validissima argumētatiōe cōtendit astruere. Quod quēadmodū in p̄teritis ⁊ in his que sunt p̄ntia. non modo in affirmatione ⁊ negatione vnā verā alterā falsā esse necesse est. sed definite vna vera est: definite altera suscipit falsitatem. non ita in his que cōtingentes vocātur. Necesse enī est vt aut affirmatio vera sit. aut negatio: sed non vt definite quelibet earū vera sit. altera falsa definite. Mā qd̄ dicim⁹ alexander lauandus est: id si alius neget. dicatq;: alexander lauandus non est: totū quidē hoc necesse est euenire: vt aut lauetur: aut non lauetur: ⁊ necesse est vnā esse verā: alterā falsam: aut affirmationes: si lotus fuerit

aut si non fuerit lotus: negationem. Sed non est necesse vt definite affirmatio vā sit: iccirco q̄ in hōi rebus poterit euenire negatio. Sed nec vnq; definitū ē: vt negatio vera sit: falsa affirmatio. iccirco quoniam potest non euenire negatio. Quare in tota contradictione vnā quidē veram: falsam alteram eē necesse est. Ut autē definite vna vera sit: altera falsa definite sicut i bis que sunt p̄terita queq; p̄sentia nulla reꝝ ratiōe possibile ē. Sed hoc p̄ri⁹ aristoteles in singularium predicamētōꝝ propositionibus probat. Post aut idē debere in vniuersalibus docet itelligi. Iccirco ait in singularibus vō ⁊ futuris non similiter Id est in singularib⁹ p̄positionib⁹: de qb⁹ p̄ri⁹ tractat. Et futuris. i. cōtingētib⁹ non idē mod⁹ ē veraz falsazq; p̄positionū: q̄ i p̄teritis atq; p̄sentib⁹. Qm̄ in p̄teritis atq; p̄sentibus ⁊ totū cōtradictionis corp⁹ i veritatē falsitatēq; diuidit. Et vera vna ē definite: vt possit ex his cert⁹ aliq; ac sciēs dicere: qm̄ affirmatio vera sit: vel rursus qm̄ negatio: vel si id nullus dixerit. Certa p̄teriti tñ tēporis vel p̄sentis p̄m sui naturā rō certusq; euet⁹ ē. i. bis vō in qb⁹ contingens ē ⁊ futuz. i. variabile ⁊ instabile. Totū qd̄ corp⁹ cōtradictionis veritatē falsitatēq; partit: h̄ec veritas atq; falsitas indiscreta est: atq; volubilis. Nullus. n. pōt dicere: qm̄ affirmatio vera ē. Illō ē. n. necesse verā esse affirmationē: iccirco qd̄ negationē fieri possibile est. Nec rursus negationē: qm̄ nō ē impossibile affirmationē cōtingere. ⁊ postremo qm̄ vtrūlibet ipsoꝝ cōtingit: iccirco vna eaz vera eē definite. ⁊ certa naturaliter non potest. quibus autem id argumentationibus exequatur: manifestum erit hoc modo.

Mā si ois affirmatio vel negatio: vera. vel falsa. ē ⁊ omne necesse ē vel esse. vel non esse. quare si hic qd̄ dicat futurū aliquid: ille vero nō dicat hoc idē ipsum manifestum est: quoniam necesse est verū dicere alterū ipsoꝝ. si enī affirmatio vera vel falsa est.

Utraq; enim nō erūt fil in talibus.

Si qd̄ in affirmatiōibus negatiōibusq; pponit: vey vel falsū ē definite. seq̄ vt qd̄ ille negatiōes affirmatiōesq; significāt: aut euenire: aut nō euenire necesse sit. hoc ē enī q̄ dic. Mā si ois affirmatio vel negatio vera vel falsa est definite. iccirco. n. addidit ois In his. n. q̄ sunt futura vel cōtingētia: nō eē affirmatiōes ⁊ negatiōes veras vel falsas definite pbare cōtēdit. Mā si vn⁹ dicat aliqd futuz: ali⁹ neget vt vtrazq; eueniāt: fieri nō pōt qs. n. dixerit dicēte alio socrates cenaturus ē: alioq; socrates cenatur⁹ nō ē: vtrazq; veras i vno eodēq; cōtingere: hoc igit fieri nō pōt vn⁹ ergo eoz vey dicitur⁹ ē: ali⁹ mētict. ponat. n. definite vna eoz vera eē: vel falsa. si ergo ois affirmatio ⁊ negatio vā vel falsa ē definite: ⁊ vterq; negās affirmāsq; veri i cōtradictiōib⁹ eē nō p̄nt: necesse est vnū vey dicere: alterū falsū: ⁊ vnū definite verū: alterū definite falsū. hoc si ē i oib⁹ affirmatiōibus atq; negatiōib⁹: vt vna definite falsa sit altera vā definite quicqd̄ vā dic̄ enētuz euenire: qd̄ nō enētuz. non euenire: necesse ē. hoc ē. n. qd̄ ait Manifestū ē qm̄ necesse ē vey dicere alterz ipsoꝝ. neq; n. pōt fieri: vt affirmatio negatiōq; cōsentiāt i talib⁹. i. i cōtradictiōis p̄positionib⁹. Necesse at ē euenire q̄rūq; vere definite affirmatio loq̄ ⁊ nō euenire qd̄ p̄fert definite vera negatio quod sic probatur.

Mā si verum ē dicere. quoniam album vel nō album. necesse est eē albū vel nō album. ⁊ si ē albus

In librum de interpretatione editio prima

vel nō albū verū ē affirmare vel negare. et si nō est. mentit. et si mētīt. non ē. quare necesse est aut affirmationē aut negationē veram esse vel falsam.

Quod de futuro possit eē iudiciū: a p̄sentib⁹ trahit exēplū ait. n. Hāc eē rex cōsequētiā: vt rē subsistētē p̄positionis veritas cōsequit: et vitatē p̄pōnis rei: de q̄ loq̄t p̄positio: essentia cōmittet. Mā si hic lapis vel q̄libet aliud albū ē: vey est de eo dicere qm̄ albus ē et hec cōuertit. Mā si vey ē dicere de eo qm̄ albū est sine dubio albus est: et albū eē necesse est: itaqz sit: vt res veritatē: et veritas rē: de q̄ p̄ponit: subsequatur. Rursus si lapis hic alb⁹ nō ē: vey ē de eo dicere: qm̄ nō ē albus: et si d̄ eo verū est dicere qm̄ nō est albus: vt sit alb⁹ fieri nō potest: cū vere dicat: qm̄ nō ē alb⁹. Idē quoqz i mēdacijs valet. Mā si qd nō ē: cū hoc aliquis eē p̄posuit: mētiet. Et si qd de alio mētiet: illud de quo sit mendacijs: nō ē: vt si quā rē cū alba nō sit dicat: aliqz eē albā mētiet. quocirca necesse est illud quoqz non eē: de quo mētiet. Ita igit veritas qdē rei que ē: et res que ē: veritati: falsitas vō rei q̄ nō ē: et res q̄ nō ē falsitati cōuertit. qd si hoc ē in oib⁹ reb⁹ et quicqd d̄ cū veritate vel falsitate: ad rē que ē vel nō ē cōuertit: siue negatio sit: siue affirmatio. et vna verā semp: alterā falsas eē necesse ē. si vna definite vera ē. impossibile quiddā ex hac positōe cōtinget. eueniēt nāqz oīa: quecūqz sunt vel fiūt ex necessitate fieri: et nihil a casu: nihilqz eē possibile qd sit: et si eē possibile. Nihil ē in liberi arbitrij moderamine relinquitur: s̄ totū erit ex necessitate: qcqd euenierit. Mā si verū ē definite de q̄libet re dicere qm̄ erit: illā rem sine dubio futurā eē necesse est: et vt nō fiat nō pōt euenire. verū. n. ē dicere de ea qm̄ futura ē: nec vey de ea: qm̄ futura ē: poterāt dici: nisi eā fore eēt necesse. qre si i oī affirmatiōe et negatiōe: aut affirmatio: aut negatio in futurū definite: vā vel falsa ē: necesse ē vel qd ab affirmatiōe vera definite: vel qd a negatiōe d̄: euenire. In falsitate quoqz s̄tī causa ē. Mā qd nō erit falsū ē dicere qm̄ erit. Et qd falsū est dicere: qm̄ erit ex necessitate nō erit: Itē qd erit: falsus ē dicere qm̄ nō erit. et qd falsū ē dicere qm̄ non erit: necessarius erit. Ut igit veras p̄pōnes necessarius seq̄t euentus vt fiat qd d̄: ita et falsas p̄pōnes necessarius seq̄t euentus: vt nō fiat: qd dicit a falsa p̄pōne. Quod si in futurū oīs affirmatio vel negatio definite semp diuidunt veritatē. et falsitatē: erit rex que p̄dicatur: necessari⁹ euentus et oīa ex necessitate contingent: vel nō contingent: Itaqz et casus et possibilitas et liberus perit arbitrius. syllogismus autem huiusmodi est. si oīs affirmatio vera ē aut falsa definite: et eodē modo negatio: eueniet: vt oīa inenitabili necessitatis rōne p̄tigāt. qd si hoc est: liberū perit arbitriū: s̄ hoc impossibile ē. Nō igit vey est oēm affirmationē vel negationē verā definite eē vel falsam. Oīa aut ex necessitate cōtingere: si ille definite vere vel false sunt: talis syllogism⁹ oñdit. oīs in futurum definita: veritas vel falsitas euentū rei vel futurū vel nō futurū ex necessitate constituit. s̄ oēs p̄positiones future definite vere vel false s̄t. In oib⁹ ē igit eueniēdi: vel nō eueniēdi necessitas: p̄ qua cōclusiōe illud Aristo. itulit qd ait.

Nihil igit neqz ē. neqz sit. nec a casu. nec vtrūlibet nec erit. nec nō erit. sed ex necessitate. aut enī qd dicit: ver⁹ ē. aut qui negat oīa. et nō vtrūlibet.

Casus nāqz: et id qd ē vtrūlibz extinguit: libera etiaz volūtas adimīt: si oīa q̄cumqz fient: ex necessitate futura sūt: et p̄bat superiorē cōclusionē: que dicit oīa ex

necessitate cōtingere: p̄ hoc qd ait: aut enī qd dicit verus est: aut qui negat si ergo veritas rerū necessitati cōuertit eā: aut qui negat ver⁹ est: aut qui affirmat oīa fieri ex necessitate necesse est. Nam si nō erūt ex necessitate: nō erūt vere definite: id qd ipse subiūxit.

Similiter enī. vel fieret vel nō fieret. vtrūlibet. n. nihil magis sic vel non sic se habet aut habebit.

Exponit enī que sit cōtingētis natura: cū qd sit vtrūlibet exponit. vtrūlibet est cuius indiscret⁹ euent⁹ ē. i. qd equaliter esse vel nō esse cōtingit. Hoc est enī qd ait. similiter enī fieret vel nō fieret. Neqz enī directā viā necessariamqz habet vnam vel affirmationē vel negationem sed nihil se magis sic habet vel sic nō habet. Et est vtrūlibet quod equalē cursum et ad euenire retinet: et ad non euenire. Nihil enī se magis vel sic habet vel sic non habet. idest equaliter se habz ad eē: et nō eē. Nihil. n. magis se bz: vt fiat qz vt nō fiat

Amplius si ē albū nūc. verū erat dicere pri⁹ qm̄ erit albū. quare semper verum fuit dicere quodlibet eorum que facta sunt. quoniam est vel erit.

Validam sibi ipsi vim argumentatiōis opponit: que possit oñdere affirmationes negationesqz veras vel falsas esse definite. et ait puidendū eē: ne forte necesse sit suspicari id qd iā factus ē vere dici potuisse anteqz fieret: eē faciendus: vt si socrates extrema nocte cenauit: vey fuit extrema matutina dicere qm̄ cenatur⁹ est. quo circa definite quoqz verum fuisse: si de eo predicere. Omnia igitur ea que fient: definite poterant vere predici. Hoc est enim quod dicit. si est albu nunc: verum erat dicere prius: qm̄ erit album. nā si qua res nunc alba est: verum erat ante dicere: qm̄ erit alba. Quare definite quoqz fuit quodlibet eoz que facta sunt vere p̄dicere. Hoc enim rei ipsius exitus comprobauit. Huic oppositioni per eadē rursus occurrit. Non enim qui hec dicit: licet ei laqueum superioris argumentationis effugere. rursus enī eadē illū cūcta circūueniūt. et eisdē iterū vrget icōmodis.

Quod si semper verum fuit dicere quoniam est vel erit. non potest hoc non esse. vel non futurū eē. Quod autem non potest non fieri. impossibile est non fieri. et quod impossibile est non fieri. necesse ē fieri. omnia ergo que futura sunt. necesse est fieri. nihil igitur vtrūlibet. neqz casu erit. nam si casu. non ex necessitate.

Mira ratione superiorē argumentationem dicens: ad idem reduxit icōmodum dicens: si verum est oīa quecūqz facta sunt: definite vere potuisse predici quoniam veritatem p̄positionis rei necessitas sequit: quod vere definite p̄dictum erat: non euenire nō poterat. sed si non euenire non poterat: vt non eueniret erat impossibile. Quod aut nō fieri impossibile ē: fieri necesse est. Euentus igitur eius ex necessitate consequit. Nihil ergo vtrūlibet: neqz a casu erit. Nam si a casu esse poterit non ex necessitate futurum est: quod si non est ex necessitate futurum non est impossibile non fieri. Si non est impossibile nō fieri. potest non fieri. si potest non fieri non potest definite vere p̄dici. quod enim vere definite predicatur. ex necessitate futurū ē: qd. aut casu: ex necessitate non euenit.

At vero nec quoniam neutrum verum est. contingit dicere. vt quoniam neqz erit. neqz non erit. primum enim cum sit affirmatio falsa erit negatio non vera et cū hec sit falsa. cōtingit affirmationē eē nō verā.

Quattuor

Quattuor differentijs contingentium futurorum di-
 ueritas constat. Aut enim id quod affirmatur: et ne-
 gatur in futurum: utrumque erit verum: aut utrumque falsum
 aut unum verum: falsum alterum definite: aut unum ve-
 rum falsum alterum indefinite. Non esse quidem et affirma-
 tionem et negationem veram in his propositionibus: que de re
 contingentibus in futurum proponuntur: per hoc demon-
 stravit superius quod ait. Manifestum est quoniam necesse
 est verum dicere. alterum ipsorum: si omnis affirmatio vera
 vel falsa. Utraque enim non erunt simul in talibus. Neque
 enim fieri potest: ut in contradictoria propositionum
 oppositione utraque veras quisque valeat inuenire.
 Illuc autem monstratur: quoniam ne hoc quidem fieri
 potest: ut utraque sint false. ait enim. At vero: ne hoc
 quidem nobis contingit dicere: quoniam neutrum ve-
 rum est id est ut affirmatio nec negatio: contingeret
 autem utraque esse falsam affirmationem. scilicet et negationem
 si nec quod diceret affirmatio: futurum esset: nec quod non
 esse negatio diceret: non esset. Ita enim fieret: ut nec
 esset: quod affirmatio esse predicavit: nec non esset: quod ne-
 gatio non esse proposuit. Siquis ergo hoc ita dicat: pri-
 mum inquit illud inconueniens: atque impossibile est: quod in
 contradictoria propositione cum affirmatio falsa sit:
 non est vera negatio: et rursus cum negatio falsa sit falsi-
 sa quoque affirmatio sit. Hoc enim in solis contrarijs con-
 tingebat: non est in contradictoria oppositione. In hac enim.
 unam semper veram esse necesse est: semper alteram falsam
CAd hoc si verum est dicere. quoniam album est
 et magnum: oportet esse utrumque. Si vero erit cras:
 oportet esse cras. Si autem neque erit neque non erit
 cras: non erit utrumlibet ut nauale bellum. Opor-
 tebit enim neque fieri nauale bellum. neque non fieri.
 Que ergo contingunt inconuenientia. hec sunt
 et huiusmodi alia. si omnis affirmationis et negatio-
 nis. vel in his que in vniuersalibus dicuntur vniuer-
 saliter. vel in his que sunt singularia. necesse est op-
 positarum hanc quidem veram esse. illam vero falsam.
 Nihil autem utrumlibet esse in his que fiunt
 si omnia esse et fieri ex necessitate. Quare non oportet
 tebit neque consiliari. neque negociari. quoniam si hoc
 facimus. erit hoc. si vero non hoc. non erit hoc. ni-
 hil enim prohibet in millesimum annum hunc qui-
 dem dicere hoc futurum esse. illum vero non dice-
 re. Quare ex necessitate erit. quodlibet eorum ve-
 rum erat dicere tunc. At vero nec hoc differt. Si
 aliqui dixerint contradictionem. vel non dixerint
 Manifestum est enim. quoniam sic se habent res
 et si non hic quidem affirmauerit. ille vero negaue-
 rit. non enim propter negare. vel affirmare erit vel
 non erit. nec in millesimum annum magis quam in qua-
 tollet tempore. Quare si in omni tempore sic se
 habebat. ut unum diceretur vere. necesse erat hoc
 fieri. et unumquodque eorum que fiunt. sic semper se
 habebat. ut ex necessitate fieret. Quando enim ve-
 re dicit quis. quoniam erit. non potest non fieri. et quod
 factum est: verum erat dicere semper. quoniam erit.
Addidit quoque aliud: quo magis id quod dicitur: vi-
 deatur incongruum. Omne enim quod predicatur in
 futurum: si vere predicatur: erit. Siquis enim dicat in
 presenti tempore: hoc animal quodlibet album est: vel
 magni corporis. et hoc vere pronunciet: album et magnum

illud animal esse necesse est. Ita etiam in futurum: si quis ve-
 re dicat: quoniam hoc animal cras album fiet: et corporis vastio-
 ris: necesse est cras utraque contingere: ut et album fiat:
 et corporis vastioris. Sin vero falso aliquid predicat: ne-
 cesse est non esse quod dicitur: si sit affirmatio: ut si quis
 affirmet falso futurum nauale bellum: necesse est non fieri:
 quod a falsa affirmatione predicatur. At si sit falsa ne-
 gatio: necesse est fieri: quod falsa negatio futurum non
 esse predicat. sin vero utraque falsa sunt: nec erit ex necessita-
 te quod dicitur: quia definite affirmatio falsa est nec
 non erit quod dicitur ex necessitate: quia definite est falsa
 negatio. Unde fit ut utrumlibet quod est in rebus omni-
 no perimatur: utraque enim necessario sunt et ex neces-
 sitate contingunt: et est necessitas illa impossibilis. Nam si
 quis dicat cras futurum nauale bellum: aliusque neget: et pro-
 nunciet non futurum: si utraque sint falsa: necesse quidem erit
 non esse cras nauale bellum: quoniam affirmatio: que illud di-
 cit futurum: falsa est. Rursus necesse est esse cras nauale
 bellum: quoniam negatio: que dicit cras non futurum: ipsa quo-
 que mentitur. Quare necesse erit et esse nauale bellum
 et non esse: quod est impossibile: et preter communem cogi-
 tationis naturam. Non est igitur verum utraque et si-
 mul id est affirmationem negationemque mentiri. Que er-
 go inquit contingunt inconuenientia: hec sunt et huius-
 modi: si quis dicat vel in his que vniuersalia sunt et vni-
 uersaliter predicantur: vel in his que singularia in pro-
 positionibus enunciantur: unam necessario definite esse
 veram: definite alteram falsam: talia illi inquit incon-
 uenientia consequentur: et alia similia. Hoc scilicet dicitur: de su-
 perioribus argumentis: in quibus ostendebat omnia ex ne-
 cessitate contingere: si quis unam veram definite: alteram
 diceret definite mendacem. Que nam vero asserat alia incon-
 uenientia impossibilitateque concurrere his quoniam definite ve-
 ram proponit. hec sunt si quis enim proponat unam esse ve-
 ram: alteram falsam: tollit (ut supradictum est) id quod est utrum-
 libet in rebus: et omnia esse vel fieri ex necessitate consti-
 tuit. Nihil casu: nihil a propria voluntate. unde fit: ut ne-
 que negociari sit utile: nec inire actum: que omnia consilij ratione
 tractantur. ipsum enim. consilium superuacuum est: cum omnia quecum-
 que futura sunt: necesse sit euenire. quid enim unumquodque
 dicat: si hoc faciam. illud mihi eueniet atque continget si ve-
 ro hec: illa res eueniet. et non. nihil prohibet quemuis illum
 affirmare aliquid esse faciendum. alium vero negare cum omnia
 vi necessitatis eueniant. Nam si omnia que sunt nunc: ante
 aliquis vere predicet: quis dubitat quin illa que fa-
 cta sunt: immutabili violentia necessitatis eueniant.
 Hoc enim quod ait. Quare ex necessitate erit quodlibet
 eorum verum erat dicere: sed ne illud videatur incongruum
 quod rerum euentum non ex ipsa rerum natura: sed ex propo-
 sitionum veritate et falsitate indicamus. Illuc scrupulum
 ipse dissoluit dicens. At vero nec hoc differt: si aliqui
 dixerint contradictionem vel non dixerint. Ad tollendum enim.
 priusquam consilium: quod nihil omnino homines oporteat con-
 siliari: parum valet aliquid ante predicti. siue enim dica-
 tur aliquid: siue non quicquid vere predicti potuisset:
 illud etiam siue predicat: euenire necesse est. iccirco enim.
 vere predicti: quia vere predicti potest: iccirco vere predi-
 ci potest: quia immutabiliter futurum est: quare futurum est:
 si predicti vere: nec tantum si predicti: sed etiam si pre-
 dici vere potest. siue enim predicat: siue non predicat
 quicquid vere predicti potest: hoc ex necessitate futu-
 rum est. Manifestum est enim inquit quod si sic habe-
 at res: siue unam eam affirmet: alius neget: si euentura
 est nihil illi negatio efficit: si euentura non est: nihil
 affirmatio prodest. Non enim inquit propter negare

In librum de interpretatione editio prima

et affirmare erit vel non erit: nec hanc vim nature temporis mutabit. Eodem modo enim eveniet ea que post millesimum annum euentura creditur: his que post quantumlibet tempus ex necessitate futura sunt. unde fit: ut si in omni tempore omnia sic se habeant: ut unum definite vere dici possit: definite alterum false: omnia quecumque facta sunt vel fient: immutabili rerum ratione contingant. Hoc est enim quod ait: necesse esset fieri unum quodque eorum que fiunt. id est si sic se haberet: ut ex necessitate fierent omnia. et hoc superiore argumentatione confirmat dicens: quando enim vere dicitur quod quonia erit non potest non fieri. euentus enim necessitas sequitur veritatem et quod factum est verum erat dicere semper: quoniam erit veritas namque propositionis ex rerum necessariis venit euentibus.

¶ Quod si hec non suntabilia. Videmus enim esse principium futurorum et ab eo quod consiliamur: atque agimus aliquid. et quoniam est oratio in his: que non semper actu sunt: esse possibile et non esse similiter: in quibus utrumque contingit et esse et non esse: quare fieri et non fieri et multa nobis manifesta sunt sic se habentia ut quoniam hanc vestem possibile est incidi: et non incidetur. et prius exeretur. Similiter autem et non incidi possibile est. Non enim est eam prius exeri. nisi possibile esset non incidi. quare et in alijs futuris. que secundum potentiam huiusmodi dicuntur. Manifestum igitur est: quoniam non omnia ex necessitate vel sunt. vel fiunt. sed alia quidem utrumlibet. et non magis vel affirmatio. vel negatio vera est. alia vero magis quidem. et in pluribus alterum: Sed contingit fieri et alterum alterum vero minime.

¶ Logum hyperbaton est: quod nos prius exponimus postea continuamus. Liqueat enim aliquarum rerum nos esse principium: ut actuum nostrorum. Si enim quis aliquid consilio facit: quicquid consilium peregerit: eius rei ipse principium est. A me enim incipit: quicquid consilii solertia ministrat. Sunt enim quedam que actu non sunt sed prestare que prestat non fit ex necessitate. id est ut possit quidem fieri. Non tamen necesse sit: ut hanc vel quolibet tunicam possibile est quidem ferro incidi: sed non est necesse. fortasse enim utendo vetustabitur: et ipso quotidiano soluetur attritu. Ergo potest quidem incidi: sed forte non incidetur: sed antequam possit incidere: exeretur. Rursus potest fieri ut non dividat. neque enim exeri eam possibile esset nisi prius esset possibile non incidere: quare possunt quidem quedam fieri sed si ita contingit: fortasse non fient. Sunt igitur quedam possible non necessaria: et in alijs quoque que fiunt eadem ratio est. Omne enim quod fit a quolibet consilio: ipse qui consiliatur illius rei principium est non necessitas. et quecumque sunt possible mutabiliter eveniet. Que enim secundum aliquam possibilitatem dicuntur: non eveniunt secundum necessitatem. unde fit ut manifestum sit quoniam non omnia ex necessitate vel sunt. vel fiunt sed quedam sunt que equali modo vel fiunt vel non fiunt et hoc est utrumlibet fieri. alia vero in pluribus quidem fiunt: in paucioribus vero non fiunt: et equaliter quidem fiunt: ut egredientem domo amicum videre: fit enim hoc et fit equaliter: quedam vero frequenter fiunt que non fiunt: ut sexagenarium canescere: frequenter fit que non fit. Et tamen ita hoc potest fieri: ut et non fieri

impossibile non sit. Hoc enim est quod ait. Alia vero magis quidem in pluribus alterum ut canescere in pluribus sexagenarijs quam non canescere. Sed contingit fieri alterum scilicet ut non canescat: alterum vero minime scilicet ut canescat. Est autem hyperbaton hoc modo. Quod si hec impossible. videmus enim quod sumus aliquibus ipsi principium et quecumque possible sunt fieri possunt et non fieri. si igitur possibile est ut et sint et non sint. Manifestum est non omnia ex necessitate contingere: sed alia equaliter: alia vero evenire quidem in pluribus: in paucioribus vero non evenire: sed ut non eveniant necesse non est.

¶ Igitur esse quod est. quando est et non esse quod non est. necesse est. Sed non omne quod est. necesse est esse. nec quod non est necesse est non esse. non enim idem est omne quod est. necessario esse. quando est. et simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem et in eo quod non est. et in contradictione eadem ratio est. esse quidem vel non esse omne necesse est. et futurum esse vel non. non tamen dividendum dicere alterum necessarium. Dico autem. necesse est quidem esse futurum bellum navale cras. vel non futurum esse. Sed non futurum esse cras bellum navale necesse est. vel non futurum esse. Futurum autem vel esse. vel non esse necesse est.

¶ Aliquid sit necessarium temporale describit. Ait enim. res omnis quando est: eam sine dubio necesse est esse. Non enim fieri potest: ut cum est: non sit: et rursus res que non est quando non est: eam non esse necesse est. neque enim fieri potest: ut quando non est sit: sed si quando est eam esse necesse est. Non igitur simpliciter et sine temporis presentis descriptione ex necessitate est: quando enim sedeo: non potest fieri ut non sedeam: et necesse est mihi tunc sedere cum sedeo: sed ipsum sedere mihi non ex necessitate inest. possum enim surgere. Rursus cum non sedeo: tunc mihi necesse est non sedere sed ipsum non sedere: mihi ex necessitate non inest: possum enim sedere: ergo quod est: quando est: ex necessitate est. et quod non est: tunc cum non est: fieri ut sit non potest. non tamen omnia quecumque sunt aut non sunt: aut ex necessitate sunt preter temporis presentis nuncupationem: aut ex necessitate non sunt nulla mentione presentis temporis facta. Quare inquit non est idem temporaliter necessarium esse ut est mihi cum sedeo: et simpliciter ex necessitate esse: ut homini mortalitas: nec idem est: cum non est necessario non esse. ut mihi cum non sedeo: non inest sedere: et quod simpliciter ex necessitate non habeo: ut tres oculos vel immortalitatem: atque hoc est quod ait simpliciter aut et in eo quod non est: hoc autem cur dixerit. sequitur et in contradictione eadem ratio est: esse quidem vel non esse omne necesse est: et futurum esse: vel non. Si quis est inquit ratio in contradictionibus contingentibus: et in his. que cum sunt sunt temporis necessaria sunt. simpliciter aut necessaria non sunt. Nam in futuris et in contingentibus contradictionibus totam quidem contradictionem necesse est unam veram habere partem: alteram falsam: ut si quis affirmet cras bellum navale futurum: id ergo non est necesse: et rursus si quis neget non futurum: est quidem aut esse: aut non esse necesse: sed non est necesse esse: nec rursus necesse est non esse. Sed tantum aut esse aut non esse. igitur tota quidem contradictio unam habebit partem veram: alteram falsam: sed non erit ipsorum una definite vera: falsa altera definite. In parte enim sic dicimus. Romulus Romam condidit. Romulus

multis: romam non condidit: vna quidem vera est: al-
tera falsa: sed in his definite vera est affirmatio: defi-
nite falsa negatio. Nam quia quod factum est: fieri vt
nate factum non sit: non potest. ideo definite in preterito
factum non sit: non potest. ideo definite in preterito
contradictio vera vel falsa est. In futuris vero pro-
positionibus non idem est in his scilicet que contige-
tia significant: vt si dicam philoxenus cenaturus est
philoxenus cenaturus non est. In tota quidem cons-
tradictione vna vera est altera falsa: sed nullus potest
diuidere: vt dicat aut affirmationem constitute et de-
finite veram esse: aut negationem. Ante enim qua ce-
net: indefinitum est et variabile an tenet. Postquam vero
cenauerit preteritum definitur: igitur aut esse aut non
esse aliquid in futuris contradictionibus necesse est.
Et autem vnum fiat: et vnum non fiat: non est neces-
se: in quo igitur similitudo est contingentis contradi-
ctionis et temporalis: neque simplicis necessitatis est in
eo scilicet quia sicut necesse est esse quod est quando
est. Non tamen simpliciter necesse est esse quod est quoniam
est preter temporis adiectionem: ita in contradic-
tione contingentis affirmationem quidem vel negationem
veram esse necesse est: non tamen vel affirmationem
simpliciter ac definite veram vel negationem. sed vtraque
libet et qua certe veritatis constituerit euentus.

Quare quoniam similiter orationes vere sunt
quemadmodum et res: manifestum est. quoniam
quecumque sic se habent. vt vtrumlibet sint et contra-
ria ipsorum contingant. necesse est similiter se ha-
bere et contradictionem quod contingit in his que
non semper sunt. et non semper non sunt. Horum
enim necesse est alteram partem contradictionis
veram esse vel falsam. Non tamen hoc vel illud.
sed vtrumlibet. et magis quidem alteram veram.
non tamen iam veram vel falsam. Quare manife-
stum est. quoniam non est necesse omnis affirmatio-
nis. et negationis oppositarum hanc quidem vera
illam vero falsam esse. Neque enim quemadmodum
in his. que sunt. sic se habet etiam in his que non sunt.
possibilibus tamen esse vel non esse. Sed quemad-
modum dictum est.

Habent inquit quandam cognationes res: et illa que
res ipsas propria significatione designant. Quare et
oratio que designat rem: sic se habebit: quemadmo-
dum res ipsa. Ergo si res non fuerit: falsa oratio est: si
res fuerit: vera oratio est: et si vera vel falsa oratio est
erit quod dicitur vel non erit: vt sibi res et oratio con-
uertantur. Ergo si res constituta non est: nec definita
necessitate proueniens: nec illa oratio que rem ipsam
designat: definite est veritatis. Ergo in quibus rebus
possibile est non modo esse: sed etiam non esse contin-
gere: in his affirmatio et negatio vtrumlibet sese habet.
quemadmodum rem ipsam et esse et non esse contingit
ita quoque et contradictionem et veram et falsam esse
indefinite proueniet. Hoc autem in quibus fiat: ipse
declarat: ait enim. In his que non semper sunt et non
semper non sunt: sola enim sunt que et esse et non esse
contingunt: que non semper sunt: et non semper non
sunt si enim semper essent: status eorum mutari non
posset: atque ideo ex necessitate essent: si autem semper
non essent: eas non esse necesse esset. Et enim sicut ipsa
natura rerum euentus est varia: ita quoque altera pars
contradictionis habet variabilem veritatem: et semper
quidem vera vel falsa est: non tamen vna de-

finite: vt hoc verum sit determinare: aut illud si vtru-
libet. Et sicut status ipse rerum mutabilis est: ita quo-
que veritas aut falsitas propositionum dubitabilis sit
et eueniat quidem: vt in aliquibus frequenti vna sit
vera: non tamen semper: et vt vna pariter vera: non ta-
men eam falsam esse necesse sit: quod per hoc demon-
strauit: quod dixit et magis quidem vera altera: non tamen iam
veram vel falsam. Concludit igitur totam de futuris
contingentibus propositionibus questionem. et ait. Ma-
nifestum esse: non necesse esse omnes affirmationes
et negationes definite veras esse: sed deest definite:
atque ideo subaudiendum est. Illarum enim que conti-
gentes et future sunt. nunquam definite vna vera est: al-
tera falsa. Neque enim inquit quemadmodum in his que sunt
sic se habet in his que non sunt possibilibus tamen esse:
aut non esse. Sed quemadmodum dictum est illa et n. que sunt
presentis temporis: sicut ipsorum esse definitum est:
ita quoque de his definita est propositionum veritas fal-
sitasque. Illa vero que non sunt quidem possunt tamen
esse. et non esse: et ita futura sunt: vt non ex necessitate
pueniant: sed possunt ita esse: vt etiam possint non esse: in
his hoc modo se habebit contradictio quemadmodum
dictum est. Dictum autem est: quoniam esse quidem
vel non esse omne necesse est: et futurum esse vel non
necesse est. Non tamen iam diuise ac definite alterum
eorum esse necesse est: erant autem quattuor diuersi-
tates: vt aut vtrique vere essent: quod sustulit per hoc
quod ait. vtrique enim non erunt simul in talibus. aut
vtrique false essent. quod per hoc euertit. quod ait. At
vero nec quoniam neutrum verum est: continetur dicere:
aut vt vna vera definite: altera falsa definite essent
quod illa argumentatione destruxit: per quas omnia ex
necessitate docuit euenire: si hoc admitteretur: quod
si res ille minime sunt: constat vnam quidem veram
esse: aliam vero in contradictione mendacem: sed si-
cut res ipse mutabiliter et indefinite future sunt: ita
quoque enunciationes variabili nec definita veritate
et falsitate proferuntur.

Quoniam autem est affirmatio dicitur aliquid
significans aliquid. Hoc autem est vel nomen vel
innominatum. Vnus autem oportet esse et de vno
id: quod est in affirmatione. Nomen autem dictum
est. et innominatum. prius. non homo enim. nomen
quidem non dico sed nomen infinitum. Vnus. n.
significat quodammodo infinitum nomen. Quomodo
modum et non currit non verbum dico. sed infinitum
verbum. Erit omnis affirmatio et negatio vel
ex nomine et verbo. vel ex infinito nomine. et verbo
Preter verbum autem nulla affirmatio vel nega-
tio est. Est enim vel erit. vel fuit. vel fit. vel quecumque
alia huiusmodi verba ex his sunt. que sunt posita.
Et significant enim tempus.

Postquam de preteriti ac presentis: futuri et temporis ve-
ritate et falsitate differunt nunc in simplicis et predica-
tione propositionis informat dicere: quoniam simplex affirmatio
vna res de vna significatione. id est de vno subiecto vnum
dicat. subiectum autem illud: aut nomen est: aut quod apud veteres
quod dicitur inominatum: ab aristotele vero infinitum nomen vo-
catum est: prius. n. dictum est: quod homo nomen est: non homo vero
inominatum quod apud antiquos: sed nunc infinitum nomen. quoniam
igitur manifestum est vnum de vno predicare simplicem propo-
sitionem: omnis erit propositio simplex: aut ex nomine et verbo
aut ex infinito nomine et verbo: quod aut dixit. Non hoc

In librum de interpretatione editio prima

mo enim nomen non dico quidem, sed infinitum nomen huiusmodi est. Nomen inquit omnia quidem definita significat, non homo vero quavis unum quodlibet eorum designare possit: que homines non sunt: tamen quid designet: infinitum est et dubium. Nam cum multa sint: que homines non sunt: et unum quodlibet eorum significare possit: quid significet: ignoratur, sicut enim non currit non est verbum simpliciter: sed infinitum verbum: ita nomina cum negatione non sunt nomina: sed infinita nomina. Erunt igitur in propositionibus subiecta aut nomina: aut infinita nomina, preter autem verbum nulla est affirmatio vel negatio, planissime docuit que pars orationis in simplici propositione obtineat principatum. Nam si preter verbum fieri simplex propositio non potest: constat omnem formam simplicis propositionis verba complecti. Omnis autem propositio aut esse aut fuisse: aut futurum esse: aut huiusmodi aliquid habebit. Nam qui dicit currit: currens est dicit. Et qui dicit cucurrit: currens fuit proponit: et qui curret: currens erit: si ergo omnis propositio aut esse aut fuisse: aut futurum esse: aut aliquid huiusmodi: ut sit enuntiatio: retinebit: manifestum est: quod preter verbum esse non possit. Nec enim idem fuit: vel est aut futurus est: verba sunt: ut ex his cognosci possit: que sunt superius posita atque confessas: cum dicerem verba esse que consignificarent tempus. Et enim est et fuit et cetera significationem temporis secum trahunt.

¶ Quare prima est affirmatio et negatio: est homo: non est homo: deinde est non homo, non est non homo, rursus est omnis homo: non est omnis homo: est omnis non homo: non est omnis non homo. Et extrinsecus temporibus eadem ratio est.

¶ Simplicium exempla propositionum apposuit, simplices autem supradiximus esse propositiones: que duobus terminis iungerentur. Quare quoniam omne definitum prius est infinito: et non homo non est nomen: sed infinitum nomen: homo vero finitum. Recte priores eas propositiones que ex definito sunt nomine: in eorum pronuntiauit exemplis: ait enim: quare affirmatio prima est et negatio est homo: non est homo. Deinde infiniti nominis affirmationes et negationes subiunxit dicens est non homo: non est non homo. Et post hec vniuersalitate iungens easdem rursus iterat propositiones. Et prius illas proponit: que ex finito nomine sunt. Secundo vero loco eas: que ex infinito nomine proponit, unde fit, ut illud intelligere necesse sit: illas quantitates: que vniuersale et particulare determinat in terminis non haberi. Nam cum duorum terminorum propositio sola simplex fit: inter simplices huiusmodi numerat propositionem: que dicit est omnis homo: cum tres sint partes orationis: quare determinationes non numerantur in terminis. Eodem modo dicit eademque ratione in extrinsecus temporibus simplices fieri propositiones: ut est: fuit homo: non fuit homo: fuit non homo: non fuit non homo. Et in alijs quidem temporibus idem modus est, extrinsecus vero tempora vocat: que sunt preter presens, id est preteritum et futurum sed hic de his solis propositionibus locutus est: que vnum subiectum habent: alterum predicatum. Nunc de his loquitur: que vnum habent subiectum duo predicata. An vero hec quoque simplices sint: in secunde editionis expositione dicendum est. Nunc vero preter demonstrationem esse simplices intelligamus.

¶ Quando autem est tertium adiacens predicat

dupliciter dicuntur oppositiones. Dico autem, ut est iustus homo est, tertium dico adiacere nomen vel verbum in affirmatione. Quare quatuor erunt iste quarum due quidem ad affirmationem, et negationem se habebunt secundum consequentias, ut priuationes, due vero minime. Dico autem quoniam est aut iusto adiacebit, aut non iusto. Quare etiam negatio. Quatuor ergo erunt. Intelligimus vero quod dicitur, ex his, que subscripta sunt, est iustus homo. Huius negatio est, Non est iustus homo, est non iustus homo. Huius negatio est, non est non iustus homo, est enim hoc loco et non est, iusto: et non iusto adiacet. Nec igitur, quemadmodum in resolutorius dictum est sic sunt disposita. Similiter autem se habent, et si vniuersalis nominis sit affirmatio, ut omnis est homo iustus, negatio, non omnis est homo iustus. Omnis est homo non iustus. Non omnis est homo non iustus. Sed non sicut angulares contingit veras esse. Contingit autem aliquando.

¶ Unum subiectum: et duo predicata: quemadmodum possunt esse in propositione commemorat. Si enim hoc modo sit: ut dicamus est iustus homo: est: et iustus predicat, homo subiectus est. Nunc, non illud aspiciamus: quid prius quid posterius dictum est. Sed quoniam vniuersaliter est iustum esse quod hominem: potest enim iustus esse et qui homo non est: ut dens: et rursus potest esse simpliciter et qui homo non est ideo est atque iustus: quoniam prius dicatur in eo quod est est iustus homo: tamen quoniam vniuersaliora sunt de his non homo: sed hec de homine predicant: et his homo subiectus est. Ex his igitur duplicem fieri oppositionem dicit, et quatuor propositiones: quarum subter exempla subiecit addens. Dico autem: quoniam est aut iusto adiacebit: aut non iusto. Si quis enim sic dicat faciens duas affirmationes: est iustus homo: est non iustus homo. Ideo cum due affirmationes sint: duas habebunt negationes. Nam si verbum est in hac propositione que dicit: est iustus homo: ad iustum posuimus. Et in hac rursus propositione que dicit est: non iustus homo. Rursus ad non iustum idem est verbum iunximus: quoniam negationis oppositionem effecit cum est verbo iuncta negatio, id est non: manifestum est: quoniam id quod dicitur non est: ad iustum rursus et ad non iustum adiungendum est: ut negationes fiant huiusmodi: non est iustus homo: non est non iustus homo. Recte igitur dixit. Quare si est iusto et non iusto adiacebit: etiam negatio iusto et non iusto adiacebit. Sunt autem propositiones quas dicit: quatuor hec est iustus homo: in affirmatione ad iustum verbum est adiunximus: huius est negatio: non est iustus homo. In hac quoque negatione que dicit non est: ad iustum rursus adiunximus. Iterum est non iustus homo. In hac est ad non iustum iungitur negatio non est non iustus homo: etiam in hac quoque negatione que dicit non est: ad non iustum ponitur, quod vero ait Dico autem ut est iustus homo. Est tertium adiacere nomen vel verbum in affirmatione huiusmodi est. Tertium inquit dico, id est adiacere verbum est. Non enim et iustus duo sunt: quibus dicitur verbum est. Idcirco autem dixit nomen vel verbum: quia superius quoque docuit ipsa verba nomina esse: eo scilicet loco ubi ait ipsa quidem verba se dicta nomina sunt. Quod autem sequitur continet difficultimum sensum: quem ipse solita breuitate perstrinxit. In medio namque totius sensus addidit. Quare idcirco quatuor iste erunt quarum due ad affirmationem et negationem

